G. VRIND

DE CASSII DIONIS VOCABULIS QUAE AD IUS PUBLICUM PERTINENT

HAGAE COMITIS
APUD BERNARD MENSING

DE
CASSII DIONIS VOCABULIS
QUAE AD IUS PUBLICUM PERTINENT

DE
CASSII DIONIS VOCABULIS
QUAE AD IUS PUBLICUM PERTINENT

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE QUOD ANNUENTE SUMMO NUMINE EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI RICHARD CONSTANT BOER LITT. NEERL. DOCT. IN FACULTATE LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE PROF. ORD. AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO EXAMINI SUBMITTET

GERARD VRIND

E PAGO C. N. ZUIDLAREN

DIE XIX MENSIS DECEMBRIS A. MCMXXIII HORA III
IN AULA UNIVERSITATIS

HAGAE COMITIS
APUD BERNARD MENSING
MCMXXIII

AAN DE NAGEDACHTENIS VAN

LUCAS

MIJN BROEDER, MIJN LEERMEESTER, MIJN VRIEND

Conspectus operis.

Typis Oscar Brandstetteri, Lipsiae.

Praefatio.

Ius publicum Romanum partim ex fontibus Graeco sermone scriptis cognoscimus. Itaque prope omnes, qui iuri publico Romano operam dederunt, hic illic de aliquo verbo Graeco ad id ius pertinente egerunt; nec desunt, qui data opera de iis verbis Graecis egerint, ex quibus ante omnes nominandus est *David Magie*, cuius liber inscribitur: *De Romanorum iuris publici sacrique vocabulis sollemnibus in Graecum sermonem conversis* (Lipsiae 1905). Is breviter enumeratis iis qui ante eum de his verbis egerunt[1]), unde appellationes Graecae ortae sint disseruit et maxima industria paene omnium scriptorum titulorumque vocabula Graeca, quae ad rem publicam Romanam pertinent, collegit. Nec tamen ex Magii libro cognosci potest, qualis usus cuiusque scriptoris[2]) proprius sit. Dionis autem Cassii usum horum verborum accurate cognitum habere plurimum interesse puto. Dio enim, cuius pater provinciis Dalmatiae Ciliciaeque praefuerat, qui ipse quoque in republica administranda versatus pluribusque muneribus functus est, in Historia sua de institutis atque administratione rei publicae Romanae fusius egit; apparet igitur Dionem et cognitionis iuris publici studiosum fuisse et instituta Romana praesertim aetatis imperatoriae optime cognoscere potuisse;

[1]) Kaibel, *De Graeca versione monumenti Ancyrani* apud Mommsenum, *Res gestae Divi Augusti*[2] p. 197 seqq.

P. Viereck, *Sermo Graecus quo S. P. Q. R. magistratusque P. R. usque ad Ti. Caesaris aetatem in scriptis publicis usi sunt examinatur.* Gottingae 1888.

L. Lafoscade, *De epistulis (aliisque titulis) imperatorum magistratuumque Romanorum, quos ab aetate Augusti usque ad Constantinum Graece scriptos lapides papyrive servaverunt.* Insulis 1902.

Aug. Wannowski, *Antiquitates Romanas e Graecis fontibus explicatas* ed. Aug. Wannowski, Regimont. 1846.

M. Mentz, *De magistratuum Romanorum Graecis appellationibus.* Diss. phil. Jenens. 1894.

[2]) De usu titulorum egerunt Kaibel, Viereck, Lafoscade in libris supra laudatis; A. P. M. Meuwese, *De Rerum Gestarum Divi Augusti Versione Graeca.* Diss. Amst. 1920.

adde quod Dio identidem data opera de ipsis his vocabulis egit; iam manifestum est vel maxime operae pretium esse vocabula Dionea ad ius publicum pertinentia colligere, examinare, quanta diligentia ea adhibuerit investigare.

Cum autem Dionis Historiae non totae supersint, sed ex Xiphilini Zonaraeque epitomis et excerptis Constantinianis aliisque quadamtenus redintegratae sint (ll. 1—35; 61—78, 2; 79, 8—80), hoc quoque est investigandum, quam accurate excerptores eclogariique verba Dionea servaverint. Itaque in parte prima huius operis de eorum diligentia agam, in horum vocabulorum usu adhibita; deinde de ipsius Dionis usu horum vocabulorum in parte secunda quaedam memoratu digna exponam[3]); tum in parte tertia vocabula quaedam partesque quasdam iuris publici fusius tractans omnem operam dabo, ut ex hac vocabulorum Dioneorum interpretatione aliquid afferam ad iuris publici cognitionem. Postremo appendicis loco inter alia de Dionis vita atque cursu honorum quaestiones quasdam tractabo[4]).

---

[3]) De Dionis sermone in universum egi in libello meo, qui nondum prodiit: *De sermone Dioneo. Qua ratione Dio vocabula sua elegerit atque qua forma vocabula Latina transscripserit.*

[4]) Postea de ratione qua Dio scripta sua composuit, qua fontibus suis usus est, etiam de nonnullis fontibus ipsis acturum me spero.

Locos Dionis, Xiphilini, Zonarae notavi secundum Boissevaini editionem, ita ut praeter librum, caput, paragraphum, quibus ab editoribus superioribus fere non discrepat (cf. Praef. I p. CIV), volumen quoque et paginam atque versum addiderim.

Verum notavi:

p. 4—6 Xiphilinum ad Dindorfii et R. Stephani paginas versusque, usus tamen Boissevaini volumine III p. 479—730.

p. 7—12 Zonaram adhibitis libro et capite, item volumine, pagina, versuque editionis Pinderi (*Corp. Script. Hist. Byz. Bonn*).

p. 13—15 Excerpta Constantiniana ad editiones, quas de Boor, Boissevain, Buettner-Wobst, Roos apud Weidmannos in lucem prodiderunt.

PARS I.

QVATENVS EXCERPTORES ECLOGARIIQVE VERBA DIONEA QVAE AD IVS PVBLICVM PERTINENT, INTEGRA SERVAVERINT.

Caput I.

De Xiphilini vocabulis.

Xiphilinus Dionis verba in universum fideliter servare solet[5]); hic illic autem additamenta de suo addidit; saepius Dionis narrationem brevissime contraxit aut omnino omisit, praesertim ubi de administratione rei publicae agebatur[6]); ita factum est, ut vocabula ad rem publicam pertinentia apud Xiphilinum neque frequentia neque omnia ex Dione hausta sint; at insuper Xiphilinus Dionis narrationem contrahens vocabula Dionea non raro mutavit[7]), quod in hoc capite nonnullis exemplis demonstraturus sum; ita apud Xiphilinum non solum vocabula inveniuntur, quae Dio vitat, sed etiam usus ceterorum verborum a Dioneo nonnunquam abhorret; verba igitur Xiphilinea non temere Dioni attribuenda sunt.

Quod ad formam, admonere sufficiat Dionem habere *Πομπηϊόπολις* I. 380. 22 (36, 37, 6), Xiphilinum *ἡ Πομπηΐου πόλις* ed. Dind.

---

[5]) Boissevain in Praefatione II p. XXVI: *Fidelius plerumque Xiphilinus Dionem reddit*; ibidem in adn.: *Librum 54 paulo minus ad verbum excerpsit*; cf. II p. 648 adn.: *apparet Xiphilinum ut solet Dionis verba in universum fideliter servasse.*

[6]) Sic ad verbum vel prope ad verbum colloquium Augusti Liviaeque, omina quae Octaviano imperium portendebant, insanias Gaii, talia multa narrat, at prope omnia quae in senatu aguntur, orationes Agrippae Maecenatisque libri 52 omittit; Dioneis verbis narrat, quomodo Seianus opprimatur, omittit tantum consulem non omnes senatores sententias rogavisse (58, 10, 8); prodigia autem, quamquam ipse vituperans, quod Dio ea commemoravisset (ed. Dind. p. 51, 5—20), fusius perscribit. Cf. etiam adn. 99.

[7]) Nonnunquam etiam animi causa Dionis verba mutavisse videtur velut ed. Dind. p. 68, 20 *Γάιον δὲ Σώσιον ὁ Ἀντώνιος τῆς τε Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας ἀπέδειξεν ἄρχοντα· ὅς . . .* pro Dioneo *Γάιος δὲ δὴ Σόσσιος τὴν ἀρχὴν τῆς τε Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας παρ' αὐτοῦ* (sc. Antonio) *λαβὼν* II. 307. 6 (49, 22, 3).

p. 4. 19; Dionem Ἀγρικόλου I. 494. 8 (39, 50, 4), Xiphilinum Ἀγρικολάου ed. Dind. p. 13. 25; Dionem Ἀκύλου II. 485. 21 (55, 7, 6), Xiphilinum Ἀκύλα ed. Dind. p. 100. 2.

Quod ad ipsa vocabula: *senatus senator* Dioni nunquam σύγκλητος συγκλητικός[8]) est[9]); Xiphilinus autem ed. Dind. p. 3. 20 de suo addidit παρὰ γνώμην τῆς συγκλήτου; vocem σύγκλητος adhibuit ed. Dind. p. 16. 14, ubi Dionis narrationem contraxit; etiam III. 375. 19 (77, 3, 3) haec vox Xiphilino non Dioni attribuenda est[10]); συγκλητικόν Xiphilini additamentum est ed. Dind. p. 31. 6; item III. 282. 5 (77, 9, 1) συγκλητικούς[11]) Xiphilineum putandum est[12]).

θρίαμβος θριαμβεύειν quae verba a sermone Dionis aliena sunt, saepissime inveniuntur, ubi Dio ἐπινίκια vel νικητήρια praebebat, velut ed. Dind. p. 26. 20; p. 60. 30; p. 68. 18; p. 68. 19; p. 78. 11; itaque neque θρίαμβος I. 368. 5 (36, 17a) neque θριαμβεύειν III. 3. 15 (60, 30, 2) Dioni attribuenda sunt[13]).

ἐπαρχεία apud Dionem, cui *provincia* ἔθνος vel ἀρχή est, nusquam invenitur; Xiphilinus ἐν ταῖς ἐπαρχίαις de suo addidit ed. Dind. p. 39. 32: Κάσσιος δὲ καὶ Βροῦτος ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἤστην. Praeterea Dionis verba contrahens atque mutans hac voce usus est ed. Dind. p. 49. 14; p. 49. 21; p. 177. 5; itaque etiam III. 229. 16 (69, 9, 1) haec vox Xiphilini putanda est.

τάγμα a Dione vitatur; in capite 9 libri 71, quod caput ex Dione sumptum non est, haec vox quater invenitur; relatu dignum est III. 260. 15 (71, 9, 3) καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα; praeterea vox τάγμα invenitur ed. Dind. p. 113. 17, Dioni autem in lib. 55, 23 sine ulla exceptione legiones στρατόπεδα sunt; ergo III. 331. 20 (74, 7, 1) vox τάγμα Xiphilinea iudicanda est.

ὁ πειρατικὸς πόλεμος, οἱ πειραταί verba sunt Xiphilinea ed. Dind. p. 3. 5; p. 4. 13. Hoc loco Dionis narratio plane mutata est; ceterum *piratae* Dioni καταποντισταί sunt.

---

8) Boissevain de his vocibus egit in adn. ad III 375. 19a (77, 3, 3). Adiectivum σύγκλητος apud Dionem semel III. 421. 5 (78, 16, 5); quod adiectivum etiam invenitur Dem. 18, 73.

9) De vocabulis a Dionis sermone alienis egi in libello meo: *De sermone Dioneo*.

10) Boissevain adnotat: *Xiphilini potius quam Dionis*.

11) Idem: *ceterum pro τοὺς συγκλητικούς Dio procul dubio ἡμᾶς*.

12) III. 80. 3 (63, 15, 1) vox συγκλητικός sine dubio ex ipso Dione sumpta est, sed hoc loco ipsa verba a Vatinio dicta citantur: „μισῶ σε, Καῖσαρ, ὅτι συγκλητικὸς εἶ“ additque Dio: χρήσομαι γὰρ αὐτῷ τῷ λεχθέντι ὑπ' αὐτοῦ ῥήματι. Verbis ultimis Dio usum vocis συγκλητικός quadamtenus excusare videtur.

13) Cf. de hac voce Boissevain ad III. 3. 15.

οἱ τρεῖς σύναρχοι ed. Dind. p. 50. 4 additum est a Xiphilino; vocabulum *σύναρχος* Dioni abiudicandum est, quippe quod apud veteres non occurrat; recte igitur Boissevain III. 182. 11 (67, 15, 2) *συνάρχων* ex Zonara pro Xiphilineo *σύναρχος* dedit; ceterum *συναρχία* et apud veteres et apud Dionem invenitur.

αὐτοκρατορικός ed. R. Steph. p. 342. 23 Xiphilinus iis, quae Dio lib. 78, 12, 7 et 13, 1 narrat, contractis de suo addidit: *ὅπερ μέγιστόν ἐστι μέρος τῆς αὐτοκρατορικῆς διοικήσεως καὶ τῶν ὅλων προνοίας*; a Dione vox *αὐτοκρατορικός* aeque ac *αὐτοκρατορία αὐτοκρατορεύειν* semper vitatur. Cf. III. 24. 1 (61, 5, 1) ubi Exc. Val. *αὐτοκράτωρ ἰσχύς*, Xiphilinus autem *ἡ αὐτοκρατορικὴ ἰσχύς* habet.

Ceterum Xiphilinus, Dionis usum verborum non penitus intellegens, etiam verbis a Dionis sermone non alienis saepius ratione non Dionea utitur velut *ὑποστράτηγος* ed. Dind. p. 22. 24; p. 26. 5; *ἐκκλησία* p. 161. 22; *συνέδριον τῆς γερουσίας* p. 82. 1; *δημοτικόν* p. 82. 16 pro *δημοκρατικόν* II. 421. 4 (53, 11, 2); *τὰ προσκληρωθέντα τῶν ἐθνῶν* de principis provinciis p. 83, 5; *δυναστεία* p. 156. 9 pro *αὐταρχία* II. 617. 20 (59, 1, 1); *στρατηγός στρατηγία* p. 14. 10; p. 68. 10; p. 178. 16; *Καῖσαρ* p. 88. 15; p. 95. 11 et 15 pro *Αὔγουστος*; *ἡ τῶν Σύρων ἀρχή* p. 115. 24 pro *ἡ ἀρχὴ τῆς Συρίας* (47, 26, 6; 47, 28, 5; 49, 22, 3); *τὴν πόλιν δημαγωγεῖν* p. 14. 10; *ἀναγορευθείς* et alia p. 16, 25; *ψῆφος τῆς γερουσίας* p. 151. 26; *περὶ τὰς τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίας* p. 91. 30 pro *τοὺς ὑπάτους χειροτονῶν* II. 447. 29 (54, 6, 1).

Sic quoque *Κελτικὰ ἔθνη* p. 88. 4 de suo non recte addidit.

Haec ex pluribus exemplis sufficiant[14]). Iam cuique patet vocabula Xiphilinea non temere Dioni attribuenda esse.

---

[14]) Xiphilini vel librariorum errores existimandi sunt loci velut ed. Dind. p. 158. 7 Claudius *καὶ ὑπάτευσεν ἅμα καὶ ἐβασίλευσεν*, Dio II. 624. 2 (59, 6, 6) *ἐβούλευσεν*

Caput II.

De Zonarae vocabulis.

Zonarae vocabula non nisi magna cum prudentia singulis locis diligenter examinatis Dioni attribui possunt; nam Dionea verba saepe eum immutasse constat. Dionem liberius reddere, eius periodos mutare, verba sua pro iis quae apud Dionem leguntur substituere solet[15]); brevia additamenta saepius aut de suo[16]) aut ex aliis fontibus inserit; insuper quae in senatu atque apud populum geruntur, saepe omnino omisit, et in tota eius historia de institutis rei publicae Romanae non multum commemoravit, plerumque eorum, qui aliquam rem gerunt, munere non adiecto, quo funguntur. Quamquam igitur Zonaras pauca verba quae ad ius publicum pertinent, ex Dione sumpta habet (Xiphilinus multo plura verba praebet), tamen eius quoque verba non prorsus neglegenda sunt. Quae enim Zonarae vocabula colorem Dioneum produnt neque ipsius temporibus communis usus erant, ea vocabula ferme Dioni attribui possunt. Nam raro fit, ut Zonaras Dioneis vocabulis sollemnibus significationem latiorem vel mutatam attribuerit; immo ne simplicia quidem vocabula Dionea inter se substituere solet: ubi Dio *γερουσία*, ille non aliter; ubi Dio *βουλή*, ubi *συνέδριον*, ille itidem. Neque Zonaras Dionem sequitur, cum *σύγκλητος*, vox a Dione aliena, invenitur velut lib. 10, 24 p. 378. 15 B; ibi enim pauca quaedam ex Plut. *Ant.* 31, 5 addidit; lib. 11, 3 p. 445. 16 et 19 B; p. 446. 6 et 9 et 11 B; lib. 11, 20 p. 505. 16 B, ubi Eusebium sequitur; lib. 10, 14 p. 342. 22 B,

---

[15]) Cf. Boissevain in Praefatione Cassii Dionis I p. CIV; II p. XXVI: *contra Zonaras auctoris sui paraphrasin saepe magis quam epitomen dare solet,* ad II p. 544: *ceterum Zonaras Dionem more suo liberius reddidit . . . et in fine sua ni fallor substituit pro iis quae apud Xiphilinum ex Dione leguntur.*

[16]) Boissevain ea saepius adnotavit velut II. 118 (44, 22, 2); II. 426 (53, 16, 5); II. 507 (55, 22, 4); II. 559 (57, 1, 1) et alias. Huc accedunt loci velut II. 109. 7 (44, 6, 3), ubi Zonaras (lib. 10, 12 p. 335. 18 B) addidit: *τί δὲ τὸ ἱερὸν εἶναι νενόμιστο, ἤδη μοι προαφήγηται.*

ubi eum Dionis narrationem (45, 17, 9) quodammodo mutavisse apparet[17]).

Sed, ut modo dixi, saepius Zonarae verba non ex Dione sumpta, verum ei ipsi attribuenda sunt:

Dio diligenter *δῆμος* a vocibus *πλῆθος* atque *ὅμιλος*[18]) distinxit, Zonaras autem haec verba inter se permutavit velut lib. 10, 16 p. 349. 20 B *πρὸς τὴν βουλὴν καὶ πρὸς τὸν ὅμιλον*, ubi Dio II. 207. 15 (46, 52, 3) *πρός τε τὴν βουλὴν καὶ πρὸς τὸν δῆμον* praebet. Eodem modo Zonaras horum verborum discrimen non intellegens lib. 10, 12 p. 337. 19 B *τὸ πλῆθος παρώξυνε*, quo loco Dio II. 127. 2 (44, 35, 4) *αὐτοὺς ... ἐπιπαρώξυνε*. Secundum Dionis consuetudinem dicendi Zonaras hoc loco *δῆμον* dicere debebat.

Voce *προσκληροῦν* sensu *attribuendi* (vel *pollicendi*) utitur Zonaras, Dio autem voce *κλῆρος* utens sortem adhiberi significat; Zonaras lib. 10, 27 p. 391. 1 B *προσκεκλήρωκε* dat, ubi Dio II. 321. 7 (49, 41, 3) *δώσειν ὑπέσχετο*. Item lib. 10, 35 p. 421. 6 B *προσεκλήρωσεν*, ubi Xiphilinus (apud Dionem qui ipse non superest, II. 487. 16 lib. 55, 9, 4) *προσῆξε*. Dionem *προσέταξε* scripsisse coniecit Reiskius, quod Boissevain in textum recepit.

Zonaras lib. 10, 16 p. 348. 6 B *μηδ' ἀπαντήσας εἰς συνάθροισιν* pro Dionis II. 202. 15 (46, 45, 5) *οὐκ ἀπήντησεν ἐς τὴν ἐκκλησίαν*. Apud Dionem *συνάθροισις* non exstat, exstat *συναθροίζειν* (II. 669. 19 lib. 60, 6, 6 et III. 85. 5 lib. 63, 22, 2 Xiph.) nec tamen de conciliis populi Romani dicitur. Fortasse Zonaras vocem *ἐκκλησίαν* vitavit, quia ecclesia Christianorum ita appellabatur.

Zonaras praeter *εἰσποιεῖσθαι* saepius *υἱοθετεῖσθαι* praebet, cum apud Dionem semper *ποιεῖσθαι* vel *ἐσποιεῖσθαι* inveniatur: Zona-

---

17) Zonaras etiam voce *βουλή* de suo utitur velut lib. 10, 14 p. 343. 9 et 15 B.

18) Mommsen *Staatsr.* 3, p. 146, 1 putat in re publica libera apud Dionem *τὸ πλῆθος* ferme oppositum esse patriciis, aetate imperatoria *τὸν ὅμιλον* senatui equitibusque; id autem non recte. Quantum video, apud Dionem *τὸ πλῆθος* saepius occurrit quam *ὁ ὅμιλος*, sed utriusque vocis usus idem est; saepius Dio alterum altero variavit velut: I. 473. 7 et 11 (39, 11, 2) *τὴν γὰρ ἐσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου, παρ' ἣν ἐκ τῶν εὐπατριδῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπεποίητο, διαβάλλων* et *τῆς μεταστάσεως αὐτοῦ τῆς ἐς τὸν ὅμιλον παρανόμως γεγενημένης*. I. 434. 20 et 21 (38, 8, 4 et 5) *οὐκ ἐν τῷ πλήθει μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ γερουσίᾳ. ὅ τε γὰρ ὅμιλος ... ἡ βουλή ...* II. 431. 5 et 8 (53, 21, 6 et 7) *ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο*, sed *τοὺς δὲ* (sc. *ἄρξοντας*) *καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος*. I. 437. 16, (38, 12, 4) et I. 438. 9 (38, 13, 1) *τρέπεται πρὸς οἰκείωσιν οὐχ ὅτι τοῦ πλήθους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱππέων τῆς τε βουλῆς* et *ἂν τήν τε βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας τόν τε ὅμιλον προπαρασκευάσηται.*

ras lib. 10, 15, p. 348. 20 B *νενόμισται γὰρ τοὺς υἱοθετουμένους τὴν μὲν ἄλλην πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ εἰσποησαμένου λαμβάνειν*, Dio II. 204. 5 (46, 47, 6) *νενόμισται γάρ, ἄν τις ἐσποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ ποιησαμένου λαμβάνειν.* Zonaras lib. 10, 36, p. 424. 3 B *τὸν Τιβέριον . . . υἱοθετήσατο,* sed Dio II. 498. 16 (55, 13, 2) *⟨τὸν⟩ Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο.* Paulo post Zonaras *καὶ τὸν Γερμανικὸν τὸν Δρούσου παῖδα εἰσεποιήσατο,* Dio autem *τὸν Γερμανικόν οἱ τὸν ἀδελφιδοῦν . . . ἐσεποίησε*: secundum Zonaram Augustus Germanicum adoptavit, secundum Dionem Augustus Tiberium iussit Germanicum adoptare. Zonaras lib. 10, 35, p. 421. 2 B de suo addidit: *οὓς καὶ υἱοθετήσατο.* Ceterum etiam *εἰσποιεῖσθαι* habes apud eum velut lib. 10, 34, p. 417. 3 B (Dio autem II. 458. 17, lib. 54, 18, 1 *ποιεῖσθαι*) et al.

Zonaras lib. 11, 6, p. 455. 4 et 7 B *praefectos praetorio ὑπάρχους* appellat; Dio ipse, cui hi praefecti semper *ἔπαρχοι* sunt (vide p. 97 sq.), hoc loco non superest; etiam Petrus Patricius hic *ὑπάρχους* praebet. Recte autem Boissevain ad hos locos II. 648. 18ª et 24ª et 23ᵇ, (59, 25, 7 et 8) adnotat: „*ceterum ἐπάρχους Dio*". Attamen apud Zonaram quoque saepius *ἔπαρχος* velut lib. 11, 17, p. 493, 2 B (Dio III. 136. 6, lib. 66, 2, 2); lib. 11, 19, p. 501. 19 B (Dio III. 182. 11, lib. 67, 15, 2). Lib. 11, 22, p. 511. 6 B Zonaram non recte *ἔπαρχον τῶν δορυφόρων* dedisse apparet collato Xiphilino (III. 203. 16, lib. 68, 16, 1) *τῷ μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν.*

Zonaras lib. 10, 12, p. 336. 19 B: Antonius Caesare necato *τὴν γερουσίαν ἀθροίσας ὡμίλει αὐτῇ, καὶ γνώμας εἰσῆγε πρὸς τὰ γενόμενα,* Dio autem de eadem re II. 118. 10 (44, 22, 3) *τήν τε γερουσίαν ἐς τὸ τῆς Γῆς τέμενος ἤθροισε καὶ γνώμας ὑπὲρ τῶν παρόντων προέθηκε.* Saepius Dio *γνώμας προτιθέναι* praebet, ubi Latine *sententias rogare* dicitur; *γνώμας εἰσάγειν*, quae verba Zonaras usurpavit, apud Dionem nusquam inveniuntur[19]); *ὡμίλει αὐτῇ* Zonaras de suo addidit significans *agebat cum senatu.* Dio nusquam, at Zonaras saepius hoc verbo cum sensu *cum aliquo agendi* usus est velut lib. 10, 25, p. 382. 20 B *καὶ ταῦτα πέμπων τινὰς ὡμίλει τῷ Καίσαρι* (ea cum Caesare per legatos agebat), ubi Dio II. 298. 30 (49, 11, 3) *καὶ ὁ μὲν ταῦτά τε τῷ Καίσαρι πέμπων τινὰς ἐνεκάλει, καὶ ἐς δίκην προυκαλεῖτο* et lib. 10, 13 p. 337. 8 B *οἱ σφαγεῖς δὲ τοῖς στρατιώταις ὁμι-*

---

[19]) Paulo supra p. 336. 15 B *ἐν τῷ στρατοπέδῳ* Zonaras ipse addidit. Itaque non sine causa conicias praeter Dionem hoc loco etiam alium fontem ei praesto fuisse.

λοῦντες (cum militibus agentes) *ἐκ τοῦ Καπιτωλίου ... ὑπέσχοντο*, quo loco eum coll. Dione II. 125. 15 (44, 34, 1) *ὁμιλοῦντες ἐκ τοῦ Καπιτωλίου* de suo addidisse apparet.

Zonaras lib. 10, 14, p. 343. 1 B *ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ ἡ σύγκλητος ἐβουλεύετο θορυβουμένη διὰ τὸν πόλεμον καὶ πολλοὶ* (senatores) *μὲν γνώμας ἄλλας καὶ ἄλλας εἰσήνεγκαν, Κικέρων δὲ .. εἶπε ...*, Dio II. 154. 16 (45, 17, 9) *διὰ μὲν οὖν ταῦτα καὶ... ἐβουλεύσαντό τε, καὶ εἶπον ἄλλοι τε ἐφ' ἑκάτερα πολλοὶ καὶ ὁ Κικέρων ὧδε.* Hoc loco Zonaras vocibus *γνώμας εἰσφέρειν* utitur sensu *sententias dicendi*, quod est munus *senatoris;* a Dione vero nonnunquam de eo *qui senatum consulit*, *γνώμην ἐσφέρειν ἐς τὴν βουλήν* (*ἐς τὸ βουλευτήριον*) dicitur velut I. 450. 35 (38, 30, 4); II. 482. 16 (55, 3, 6); II. 509. 27 (55, 24, 9)[20]. Cum vocem quoque *σύγκλητος* Dio semper vitaverit, Zonarae hoc loco praeter Dionem etiam alium fontem praesto fuisse verisimile est.

Zonaras lib. 10, 35 p. 420. 10 B *δικάζοντός ποτε καὶ πολλὰς ἀποφηναμένου ψήφους θανατικάς*, at Dio II. 485. 2 (55, 7, 2) *δικάζοντί ποτε αὐτῷ προσστάς, καὶ ἰδὼν ὅτι πολλοὺς θανατώσειν μέλλοι.* Zonaras *ἀποφαίνεσθαι ψήφους* habet, quae verba apud Dionem, qui saepius *ἀποφαίνεσθαι γνώμην* dicit, nusquam coniunguntur. Ceterum Zonaras Augustum iam multos capitis condemnasse, Dio eum multos condemnaturum dicit. Zonaras pergit lib. 10, 35, p. 420. 14 B *τὰς ψήφους ἠκύρωσεν, ἃς τηνικαῦτα ἦν ψηφισάμενος*, sed Dio II. 485. 6 (55, 7, 2) *ὥστ' ἐκεῖνον μήτ' ἀποκτεῖναί τινα καὶ εὐθὺς ἐξαναστῆναι.* Apud Dionem *ἀκυροῦν*[21]) et *ψήφους ψηφίζεσθαι* non occurrunt; ipsa Zonarae narratio hic ut supra a Dione differt. Itaque eum hoc loco praeter Dionem etiam alium fontem habuisse facile credas[22]).

---

[20]) Cf. Thuc. 8, 67; Xen. *Hell.* 1, 7, 9 et 26; in utramque partem accipi potest Herod. 3, 80 et 83. Appianus cum Zonara consentit *Bell. civ.* 3, 50, 209 *γνώμην αὐτὸν* (Octavianum) *ἐσφέρειν ἐν τοῖς ὑπατικοῖς ἤδη*, cf. Dio II. 199. 25 (46, 41, 3) *ὥστε καὶ γνώμην ἐν τοῖς ὑπατευκόσιν ἤδη τίθεσθαι* et I. 530. 32 (40, 50, 4) *Βίβουλος, ὅσπερ που τὴν γνώμην πρῶτος ἐρωτηθεὶς ποιήσεσθαι ἔμελλε.*

[21]) Cf. Zonaras lib. 10, 12, p. 337. 9 B *ἀκυρῶσαι*, Dio II. 125. 16 (44, 34, 1) *καταλύσειν.* Nec apud veteres *ἀκυροῦν* invenitur; invenitur *ἄκυρος* et apud veteres et apud Dionem velut I. 477. 27 (39, 21, 4); II. 681. 1 (59, 1, 2); cf. I. 409. 31 (37, 26, 1); occurrit quoque *κυροῦν* atque *ἐπικυροῦν* velut I. 432. 16 (38, 6, 4); II. 569. 17 (57, 12, 5) et al.

[22]) Zonaram nonnulla ex alio fonte sumpsisse Boissevain disseruit II. p. 553 sq. et in Praefatione libri II. p. XVII sqq.; cf. p. XX: *Nam prima narratio* (sc. de Athenodoro philosopho) *quamquam redit apud Zonaram, tamen ab hoc non ex*

Zonaras lib. 10, 12 p. 335. 16 B *ἔχειν δὲ καὶ τὰ τῶν δημάρχων προνόμια,* Dio II. 109. 6 (44, 5, 3) *τά τε τοῖς δημάρχοις δεδομένα καρποῦσθαι.* Dioni *privilegium προνομία* est velut II. 423. 3 (53, 13, 2): *πλὴν εἴ τῳ πολυπαιδίας ἢ γάμου προνομία προσείη,* neque tamen tribunorum iura a Dione *προνομίας* vel *προνόμια* appellata esse mihi constat.

Zonaras lib. 10, 32, p. 409. 13 B Octavianus *τὴν τοῦ αὐτοκράτορος προσειλήφει ἐπίκλησιν . . . τὴν τὸ κράτος σημαίνουσαν τὸ βασίλειον;* apud Dionem II. 410. 26 (52, 41, 4) *τὸ βασίλειον* non exstat.

Zonaras lib. 11, 8, p. 460. 8 B Claudius *τῆς αὐτοκρατοῦς ἀρχῆς ἔτυχεν,* Xiphilinus autem (apud Dionem II. 663. 15 lib. 60, 2, 1) *τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε.* Dio ipse, quantum superest, principis dignitatem saepius *αὐτοκράτορα,* nunquam *αὐτοκρατῆ* dixit; Zonarae autem temporibus vocabulum *αὐτοκρατής* frequenti in usu fuisse videtur. Cf. adn. 103.

Zonaram nonnunquam Dionis verbis mutatis ipsam sententiam mutavisse ad extremum nonnullis exemplis demonstrabo.

Zonaras lib. 10, 14, p. 343. 20 B *ἀρχὴν αὐτῷ* (Octaviano) *στρατηγοῦ δόντες,* Dio II. 191. 4 (46, 29, 5) *στρατηγοῦ τινα ἀρχὴν δόντες.* Pronomen *τινα* a Dione additum esse, quia Octaviano non *praetura,* sed *potestas praetoria* data erat, p. 138 demonstravi.

Secundum Zonaram lib. 10, 15, p. 346. 10 B Octavianum *στρατηγὸν τὸ πρῶτον καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὕπατον ἐψηφίσαντο,* at Dio II. 199. 26 (46, 41, 3) *στρατηγόν τε αὐτὸν ἐν τοῖς πρῶτον καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὕπατον αἱρεθῆναι ἐψηφίσαντο.* Hi quoque loci inter se differunt; Zonaras dicit: „Octavianum primum praetorem, deinde etiam consulem creaverunt.“ Dio, a quo *ὕπατον ψηφίζεσθαι* non dicitur, „decreverunt, ut Octavianus praetor crearetur, ubi primum praetores fierent (*ἐν τοῖς πρῶτον*) et postea (fortasse praetura functus) etiam consul crearetur“. Octavianus ita legibus quidem solutus est, at saltem consulatus eius differebatur; Octavianus, qui statim consul fieri cupiebat, iratus cum Antonio se coniunxit.

Zonaras lib. 10, 37, p. 426. 2 B *ἐκ δὲ Γερμανίας ἀγγελία κομισθεῖσα ἑορτάσαι τὰ νικητήρια τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκώλυσεν,* Dio II. 531. 13 (56,

---

solito fonte Dione verum aliunde inserta est. Nostro loco res non aliter se habet; narratio apud ceteros chronicorum Byzantinorum scriptores a Boissevaino citatos cum Zonara consentit; apud Constantinum Manassen etiam nonnulla verba ex eodem fonte originem duxisse videntur: *πότμον ἀπεφήνατο κατὰ πολλῶν ἀνθρώπων, ὁ χάρτης, ἀκύρωτος.*

18, 1) *καὶ ἀγγελία δεινὴ ἐκ τῆς Γερμανίας ἐλθοῦσα ἐκώλυσέ σφας* (Augustum Tiberiumque, cf. lib. 56, 17, 1) *διεορτάσαι*. Zonaras, qui non narraverat triumphum Augusto Tiberioque decretum esse, recte vocem *διεορτάσαι* mutavit, sed non intellexit, qui voce *σφας* designarentur; apud Dionem imperatores, nunquam homines privati triumphum agere dicuntur.

Zonaras lib. 11, 3, p. 444. 6 et 7 B Adulescens Drusum se esse dicens seditionem fecisset, nisi quis eum *συνέλαβε καὶ πρὸς τὸν Τιβέριον ἤγαγε· ὁ δὲ ἐν Ἀντίῳ τοὺς τοῦ Γαΐου γάμους ἑώρταζεν*. Non facile quis suspicari potest Dionem haec diversis annis rettulisse, cf. II. 612. 12 et 15 (58, 25, 1 et 2).

Zonaras lib. 11, 9, p. 465. 12 B *τῷ συνυπατευκότι*, Dio II. 682. 29 (60, 21, 2) *τῷ συνάρχοντι*; itaque Zonaras *τῷ συνυπατεύοντι* dicere debebat.

Zonaras lib. 11, 12, p. 475. 19 B *ὁ Σενέκας ἔπαρχος ὢν τοῦ δορυφορικοῦ καὶ ὁ Βοῦρρος διδάσκαλος τοῦ Νέρωνος* ... Dio (ex Xiphilino atque Exc. Urs. restitutus) III. 22. 1 (61, 3, 3): *ὁ μὲν ἔπαρχος τοῦ δορυφορικοῦ ἦν, ὁ δὲ διδάσκαλος αὐτοῦ*. Zonaras igitur non intellexisse videtur, qui vocibus *ὁ μέν* et *ὁ δέ* designarentur.

Caput III.

De ceterorum eclogariorum excerptorumque vocabulis.

Quod ad eclogarios, ea laudare sufficiet quae admonuit Boissevain in Praefatione vol. I. p. CIII „*⟨haec excerpta Constantiniana⟩ haud raro contracta sunt atque initio et in fine praesertim eclogarii manum produnt.*“ et II. p. XXVI: „*omnino tenendum varias partes, ex quibus ⟨Dionis reliquiae⟩ compositae sunt, non omnes eadem fide Dionem nobis repraesentare, imo hac in re multum inter se distare. Nam epitomatores Constantiniani ipsa scriptoris verba αὐτολεξεὶ fere dare solent nisi quod fragmentorum exordia et exitus de suo quodam modo conformare cogebantur et praeterea etiam mediis in excerptis praesertim longioribus non verba tantum singula sed etiam tota enuntiata omittunt.*“ [23])

Itaque praesertim in exordio atque in exitu verba non pro certo Dionea existimari possunt; quod ut illustrem, nonnullos locos citabo, ubi ea verba inclusi, quae apud Dionem non exstant:

Exc. Val. sive de virt. et vit. 160 *⟨ὁ τῶν Πάρθων ἡγούμενος⟩ ὁ Πάκορος ἐν τοῖς μάλιστα τῶν πώποτε βασιλευσάντων ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ πρᾳότητι ⟨διαλάμπων⟩ ἠγαπᾶτο.* Dio II. 306. 4 (49, 20, 4): *τὸν γὰρ Πάκορον ὅμοια τοῖς μάλιστα τῶν πώποτε βασιλευσάντων καὶ ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ πρᾳότητι ὑπερηγάπων.*

Exc. Val. sive de virt. et vit. 199 *τὰ ⟨βασιλικὰ⟩ χρήματα,* Dio II. 619. 1 (59, 2, 4) *τὰ λοιπὰ χρήματα.*

Exc. Val. sive de virt. et vit. 147 *ὅτι ἡ Φουλβία ⟨ἡ πενθερὰ τοῦ Ὀκταβίου Καίσαρος γυνὴ δὲ Ἀντωνίου⟩ καὶ Λούκιος καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς διενέχθησαν ⟨πρὸς Καίσαρα⟩.* Collato Dionis loco II. 250. 27 (48, 5, 1): *ὡς καὶ συγγενεῖς ... αὐτῷ ὄντες* apparet etiam sententiam ab eclogario mutatam esse[24]).

[23]) Boissevain vol. III. p. 767—775 nonnulla excerpta Constantiniana cum Dionis verba composuit, ut de eclogariorum excerpendi ratione facilius iudicium feratur.

[24]) Pars exordii exc. de virt. et vit. 157 omissum esse videtur; hoc excerptum, ut traditum est, intellegi non potest.

Exc. Urs. sive de leg. gent. 31 (de Boor) τὴν προθυμίαν τοῦ Καίσαρος ἰδόντες, Dio I. 453. 28 (38, 34, 1): τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἰδόντες.

Exc. Urs. sive de leg. Rom. 10 (de Boor) ὅτι Ποθεινοῦ τοῦ εὐνούχου τοῦ τὴν διοίκησιν τῶν τοῦ Πτολεμαίου χρημάτων προστεταγμένου ⟨κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεῦσαι τοὺς Αἰγυπτίους παρασκευάσαντος⟩, πυθόμενος τοῦτο ὁ Καῖσαρ... Haec verba ea complectuntur, quae apud Dionem narrantur II. 58. 17—29 (lib. 42, 36).

Etiam fit, ut formae Dioneae mutentur velut II. 459. 3 (54, 19, 3) *Μαικήνου*, pro qua forma Exc. Val. sive de virt. et vit. 172 *Μαικήνα* habet; ita quoque haec excerpta *Ὀκταβία* pro Dioneo *Ὀκταουία*, *Βήδιος* pro Dioneo *Οὐήδιος* atque talia.

Vocabula horum excerptorum, quae Dioni abiudicanda sunt de quibusque in hoc opere mentionem feci, sunt haec:

πρεσβευταί Exc. Urs. sive de leg. gent., ed. de Boor 25 (Boiss. I p. CVIII n. 26); de Boor 41 (Boiss. III. 173. 2 n. 42, lib. 67, 7, 1); de Boor 45 (Boiss. III. 191. 8 n. 46, lib. 68, 15, 2); de Boor 54 (Boiss. III. 235. 8 n. 55, lib. 69, 15, 2); Exc. Val. sive de virt. et vit. 82 in fine (Boiss. I. p. 335. 10 fragm. 91, 3). Primum horum fragmentorum ex Plutarcho sumptum iure Dioni abiudicatum est; ad alterum Boissevain adnotat: „*(haec) nimis contracta ab eclogario*". Vide p. 78.

πρεσβεύειν[25]) Exc. Urs. sive de leg. gent. ed. de Boor 59 et 67 (Boiss. III. 262. 10 et 283. 12 n. 60 et 68, lib. 71, 15 et 72, 3, 1). Altero loco Boissevain in adnotatione probat hanc vocem ab eclogario additam esse. Vide p. 79 sq. et adn. 179.

πρέσβις Exc. Urs. sive de leg. gent. ed. de Boor 48 (Boiss. III. 198. 6 n. 49 lib. 68, 12, 2)[26]). Vide adn. 181.

στρατιάρχης Exc. Val. sive de virt. et vit. 281 (Boiss. III. 173. 4. lib. 67, 6, 4). Exc. Urs. sive de leg. gent. ed. de Boor 48 (Boiss. III. 198 n. 49 lib. 68, 12, 1). Vide p. 108.

στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος Exc. Val. sive de virt. et vit. 391 in fine (Boiss. III. 400. 6, lib. 77, 21, 2). Vide p. 108 sq.

φρούραρχος Exc. Mai. sive de sent. 88 (Boiss. I. 120. 16 fragm. 40, 11). Vide adn. 285.

---

[25]) Sunt autem, qui πρεσβεύειν atque πρεσβεύεσθαι promiscue usurpent velut Appianus πρεσβεύειν *Iber.* cap. 6 p. 66. 12; cap. 11 p. 69. 10 et al., πρεσβεύεσθαι autem *Lib.* cap. 31 p. 218. 24 et al.; πρεσβεύειν sensu usitato *Celt.* fragm. 3 p. 48. 24 et p. 49. 6 et al.

[26]) Id excerptum quo dictator εἰσηγητής esse dicitur (Bekk. et Dind. 17, 13, Bekkerus pro εἰσηγητής in textum suum recepit αἰσυμνήτης) totum Dioni abiudicandum est, cf. Boiss. I p. CXV. 5.

ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεύς Exc. Urs. sive de leg. Rom. 19 (cf. Boiss. III. 432. 19). Quod ad alios locos, vide p. 71.

προέστη Exc. Val. sive de virt. et vit. 256 (Boiss. III. 85. 2, lib. 63, 22, 1). Vide adn. 47.

ἱέρειαι Exc. Val. sive de virt. et vit. 75 (Boiss. I. 331. 1 fragm. 87, 1) huc addi potest; *virgines Vestales* Dioni *ἀειπάρθενοι* sunt[27]) I. 414. 21 (37, 35, 4); I. 419. 3 (37, 45, 1); II. 55. 32 (42, 31, 3); II. 224. 15 (47, 19, 4); II. 255. 27 (48, 12, 2); II. 261. 21 (48, 19, 4) et al.; ter *αἱ ἱερεῖαι αἱ ἀειπάρθενοι* II. 275. 4 (48, 37, 1); II. 369. 11 (51, 19, 2); II. 523. 16 (56, 5, 7). Itaque usus vocis *τῶν Ἑστιάδων* confirmat fragm. 20, 2 Bekk. et Dind. iure Dioni abiudicatum esse a Boissevaino I. p. CXV.[28])

Quod ad Joannem Antiochenum et Petrum Patricium attinet, ut alios auctores plane omittam, Boissevain postquam admonuit vol. II p. XXVI Zonaram auctoris sui paraphrasin saepe magis quam epitomen dare solere, ita pergit: „*quod idem valet de Joanne Antiocheno et multo etiam magis de Petro Patricio et Historiae Augustae fragmentis*"; et alio loco (II p. XIX): „*ceterum tenendum Petrum Patricium Dione admodum libere usum fuisse*" et II p. 648 in adnotatione: „*apparet Dionis verba maxime commutasse more suo Petrum Patricium.*" Neque aliter iudicandum est de verbis quae ad ius publicum pertinent: princeps iis *βασιλεύς* est. Itaque cum Joannis Antiocheni non tot fragmenta supersint, ut diiudicare possimus, num forte nonnulla Dionis vocabula diligenter servaverit, Petri Patricii autem verba ad Dionis usum investigandum nullius pretii sint, utriusque vocabula, quae ceteroquin non multa adsunt, in hac disputatione neglegi possunt.

---

[27]) A plerisque ceteris auctoribus *ἑστιάδες* dicuntur, sed etiam alia nomina inveniuntur, cf. Magie *l. l.* p. 143; vocabulo *ἀειπάρθενος*, quod Dio sumpsisse videtur ex Soph. *Aiace* 835, non nominantur nisi a Dione.

[28]) Ex eo loco, quo Dio de nomine atque munere Virginum Vestalium egit, apud Suidam et Cedrenum fluxerunt (Boiss. I p. 13. 4) *τάς τε Ἑστιάδας παρθένους τοῦ πυρὸς καὶ ὕδατος τὴν ἐπιμέλειαν ἔχειν ἐπέτρεψεν. κ. τ. λ.* Zonaras lib. 10, 38, p. 429. 19 B: *αἱ ἀειπάρθενοι αἱ τῆς Ἑστίας ἱερεῖαι.* Ibi explicandi causa *αἱ τῆς Ἑστίας ἱερεῖαι* vocabulo Dioneo *ἀειπάρθενοι* de suo addidisse videtur. Ceterum eum hoc loco Dionem more suo liberius reddidisse, adnotat Boissevain ad II. 544. 15.

PARS II.

OBSERVATIONES QUAEDAM DE DIONIS VOCABULIS, QUAE AD IUS PUBLICUM PERTINENT.

Caput I.

Dio ipse de vocabulis, quae ad ius publicum pertinent, agit.

1.

Dio in vocabulis suis eligendis non sine cura versatus est[29]). Ubi de novo magistratu novove munere ei agendum erat, non modo data opera de eorum natura atque officio disserere solebat, sed etiam identidem de nomine ipso egit lectoremque sedulo certiorem fecit, quonam vocabulo in posterum usurus esset[30]). Itaque cum in usu vocabulorum satis diligens sit, his locis plane constat, quod munus designari voluerit. Pauca exempla ad hanc rationem illustrandam hic exscribam.

II. 424. 14 sqq. (53, 14, 5—7) *πέμπονται ... ἐς μὲν τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς λεγόμενα ἔθνη ... καὶ οἱ παρεδρεύοντες τοῖς τὸ κῦρος*

[29]) Ideo id admonendum est, quod Dio res ipsas saepius minus diligenter tradidit. Ex multis pauca dabo exempla: Caesar provinciae Lusitaniae, quae provincia nondum constituta erat, praefuisse dicitur I. 423. 4 (37, 52, 1); Cassius, qui praetor peregrinus fuit, praetor urbanus *ἀστυνόμος* dicitur II. 224. 28 (47, 20, 2); Caesar et Augustus pomerium protulisse dicuntur II. 103. 7 (43, 50, 1); II. 137. 6 (44, 49, 2); II. 484. 19 (55, 6, 6) quod Mommsenus iure oppugnavit *Staatsr.* 2³ p. 738, 6 et 1072, 3 (2² p. 717, 1 et 1024, 4); alium errorem indicavit Boissevain ad I. 479. 14 (39, 25, 1); quod ad bellum Gallicum, complura habet exempla Jelgersma, *De fide et auctoritate Dionis Cassii Cocceiani,* cuius cetera argumentatio probari non potest. Saepissime quae gravissima erant obscuravit, cf. Schwartz apud Pauly-Wissowa *R. E.* III p. 1688 s. v. *Cassius Dio Cocceianus.* Minimas res diligenter commemorans (velut quotiens aetate imperatoria praefecti urbi feriarum Latinarum aliter ac more maiorum constituti sunt, cf. p. 101 sq.), maiorum rerum discrimina ab ipso definita non semper observavit velut de principatus potestatibus et de Augusti cura legum atque censuris.

[30]) Dio nomen Augusti, antequam Octaviano decretum est, commemorans accurate addidit II. 204 12 (46, 47, 8) *ἀλλ' ἐκείνη μὲν* (nomen Augusti) *ὅταν ἐς τὴν συγγραφὴν ἔλθῃ λελέξεται, μέχρι δὲ δὴ τότε ἀρκούντως ἡ τοῦ Καίσαρος ἐπίκλησις τὴν τοῦ Ὀκταουιανοῦ δήλωσιν ἀποπληρώσει.*

τῆς ἀρχῆς ἔχουσιν (sc. iis qui provinciae praesunt). *οὕτω γὰρ ἂν ὀρθῶς αὐτούς, οὐ πρὸς τὸ ὄνομα ἀλλὰ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ εἶπον, καλέσαιμι, ἐπεὶ οἵ γε ἄλλοι πρεσβευτὰς καὶ τούτους ἑλληνίζοντες ὀνομάζουσι. καὶ περὶ μὲν τῆς ἐπικλήσεως ταύτης ἀρκούντως ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴρηται, τοὺς δὲ δὴ παρέδρους αὐτὸς ἑαυτῷ ἕκαστος αἱρεῖται, ἕνα μὲν οἱ ἐστρατηγηκότες ἐκ τῶν ὁμοίων σφίσιν ἢ καὶ τῶν ὑποδεεστέρων, τρεῖς δὲ οἱ ὑπατευκότες καὶ ἐκ τῶν ὁμοτίμων, οὓς ἂν καὶ ὁ αὐτοκράτωρ δοκιμάσῃ.* Dio qui hoc loco agit de *legatis pro praetore* qui proconsulem in senatus provincias comitantur, eos *παρεδρεύειν* dicit usumque huius vocabuli ideo defendit, quia a ceteris hi quoque *πρεσβευταί* (legati) appellantur; postea hi legati Dioni semper *πάρεδροι* sunt, cf. p. 91 sq.

II. 150. 12 sq. (55, 12, 3) Octavianus *μέχρι Καμπανίας ἐλθὼν πλῆθος ἀνδρῶν ἐκ τῆς Καπύης μάλιστα, ἅτε καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ᾧ τιμωρεῖν ἔλεγε, τήν τε χώραν καὶ τὴν πόλιν εἰληφότων, ἤθροισεν, ... ἐκ τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν ἠουοκάτων [ἢ βηκάτων] σύστημα, οὓς ἀνακλητοὺς ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν, ἐνομίσθη.* *Evocati* hoc loco primum apud Dionem inveniuntur; itaque paucis verbis de eorum natura atque nomine agens nomen ipsum per transcriptionem dedit (*ἠουοκᾶτοι*) et per translationem *ἀνακλητοί* Graece reddidit. Ceteroquin evocati a Dione *ἀνακλητοί* vocantur II. 509. 22 (55, 24, 8); III. 408. 8 (78, 5, 3).

II. 426. 18 seqq. (53, 16, 6—8) *οὕτω δὴ καὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα καὶ παρὰ τῆς βουλῆς καὶ παρὰ τοῦ δήμου ἐπέθετο* (a. 27 a. C.) ... *Αὔγουστος ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὢν ἐπεκλήθη· πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται. ἐξ οὗπερ καὶ Σεβαστὸν αὐτὸν καὶ ἑλληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτόν, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, προσεῖπον.* Eo anno Octaviano nomen *Augusti* decretum est; itaque fusius de hoc nomine hic agitur (*πλεῖόν τι ... προσεῖπον*[31]). Dio qui Octavianum primo *'Οκταούιον* appellaverat, inde ab eo tempore, quo is nomen *Caesaris* sibi assumpsisse dicitur II. 144. 14 (45, 3, 2) *Καίσαρα*, inde ab hoc tempore cum ei nomen *Augusti* decretum est, *Αὔγουστον* sine ulla exceptione appellavit.[32])

---

31) Dio vocabulum *σεβαστός*, apud scriptores rerum Romanarum usitatissimum, apud veteres autem nusquam repertum, uno hoc loco usurpavit, verboque *σεπτός* sibi interpretandum esse putavit.

32) Dio appellatione *Αὔγουστος* iam bis usus erat II. 145. 2 (45, 5, 1), ubi Octavianum cognomen Caesaris assumpsisse narrans cetera quoque eius nomina enumerat: *οὕτως ὁ πρότερον μὲν 'Οκτάουιος, τότε ἤδη Καῖσαρ, μετὰ δὲ τοῦτο Αὔγουστος ἐπικληθεὶς ἥψατο τῶν πραγμάτων*, et II. 204. 10 (46, 47, 8). Hoc loco Octaviani

II. 426. 12 (53, 16, 5) *καλεῖται δὲ τὰ βασίλεια παλάτιον, οὐχ ὅτι καὶ ἔδοξέ ποτε οὕτως αὐτὰ ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι ἔν τε τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει καὶ ἐκεῖ τὸ στρατήγιον εἶχε . . . καὶ διὰ τοῦτο κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου ἐπίκλησιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἴσχει.* Inde ab hoc loco *principis domus* Dioni *τὸ παλάτιον* est velut II. 464. 29 (54, 24, 2); II. 466. 12 (54, 25, 4); II. 497. 14 (55, 12, 4); II. 654. 14 (59, 28, 5) Exc. Val. et Xiph.; et al.; *mons* autem *τὸ Παλάτιον ὄρος* vel *τὸ ὄρος τὸ Παλάτιον* II. 436. 12 (53, 27, 5); III. 56. 23 (62, 18, 2) Xiph., et al. At ante hunc locum *mons* saepius *τὸ Παλάτιον* (sine *τὸ ὄρος*) dicebatur: I. 530. 11 (40, 49, 5); II. 193. 6 (46, 33, 3); I. 8. 6 fragm. 5, 5 exc. Mai.; sine causa Bekkerus *ὄρος* coniectura addidit II. 426. 13 (53, 16, 5).

Huc pertinet II. 435. 29 (53, 27, 2) *τό τε Πάνθειον ὠνομασμένον ἐξετέλεσε· προσαγορεύεται δὲ οὕτω* e. q. s. *Πάνθειον* sine ullo additamento II. 443. 20 (54, 1, 1); III. 158. 23 (66, 24, 2) Xiph.; III. 228. 1 (69, 7, 1) Xiph.

Ubi quae sit ipsa significatio vocabuli Latini nemo nesciebat, per translationem nonnunquam id Graece tantum reddidit velut *militaris* II. 510. 3 (55, 25, 2) *ἐσήνεγκεν ὁ Αὔγουστος χρήματα ... ἐς τὸ ταμιεῖον, ὃ καὶ στρατιωτικὸν ἐπωνόμασε.* Tum de ipsa cura huius *aerarii militaris* agere pergit; postea *τὸ στρατιωτικὸν ταμιεῖον* habes II. 515. 21 (55, 32, 2). Ceterum animadvertendum vocem *ταμιεῖον* apud Dionem his tantum duobus locis occurrere neque de aerario publico dici.

Neque deest locus, ubi Dio de aliquo vocabulo satis egisse sibi videtur vocabulo modo addito Latino litteris Graecis scripto: I. 438. 12 (38, 13, 2) *τὰ ἑταιρικά, κολλήγια ἐπιχωρίως καλούμενα, ὄντα μὲν ἐκ τοῦ ἀρχαίου καταλυθέντα δὲ χρόνον τινά, ἀνενεώσατο.* Eum enim in libris qui perierunt, de *collegiis* nusquam uberius egisse puto[33]. Ideo autem hanc interpretationem satis perspicuam putabat, quia Graeci

adoptionem publice confirmatam referens iterum omnia eius nomina commemoravit: *καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουιανὸς ἐπεκλήθη· . . . ἐγὼ δὲ οὐκ Ὀκταουιανὸν ἀλλὰ Καίσαρα αὐτόν, . . . ὀνομάσω. προσεκτήσατο μὲν γὰρ καὶ ἑτέραν τὴν τοῦ Αὐγούστου,* sequuntur verba, supra citata adn. 30.

Recte Boissevain gravatur *Αὐγούστου* coniectura in textum recipere II. 425. 5 (53, 15, 2).

Ceterum *Ὀκταουιανός* praeter locos laudatos II. 204. 4, 7, 13 (46, 47, 5; 7; 8) non invenitur nisi II. 225. 2 (47, 20, 3), II. 258. 2 (48, 14, 4) et II. 321. 1 (49, 41, 2) *ὁ Καῖσαρ ὁ Ὀκταουιανός,* ubi nomen dictatoris Caesaris antecessit.

[33]) Haec *collegia sodalicia, ἑταιρικά* sc. *συστήματα,* etiam *ἑταιρεῖαι* dicuntur. A Clodio renovata, a Caesare et Augusto praeter legitima antiquitusque constituta

hanc vocem Latinam in sermonem suum receperunt, cf. locos citatos apud Ullrich *Ueber die Latinismen des Dio Cassius* p. 14 adn. 3.

Ubi autem Dio ipsum vocabulum Latinum litteris Graecis scriptum servavit, fit ut id nomen tantum commemoraverit addita voce *ὠνομασμένος, καλούμενος*, deinde rem ipsam descripserit velut II. 432. 7 (53, 23, 2) *ὁ Ἀγρίππας τὰ Σέπτα ὠνομασμένα καθιέρωσεν·... ταῦτα δὲ ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ στοαῖς πέριξ ὑπὸ τοῦ Λεπίδου πρὸς τὰς φυλετικὰς ἀρχαιρεσίας συνῳκοδομημένα καὶ πλαξὶ λιθίναις καὶ ζωγραφήμασιν ἐπεκόσμησεν, Ἰούλια αὐτὰ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου προσαγορεύσας.* Deinde *τὰ σέπτα* saepius sine ullo additamento inveniuntur[34]).

2.

Perierunt autem ii Dionis libri, in quibus de plerisque rei publicae liberae institutis eorumque nominibus actum erat; sed apud excerptores glossatoresque reliquiae quaedam huius Dioneae rationis servatae sunt.

I. pag. 9 fragm. 5, 8 (Veteres glossae verborum iuris ed. C. Labbaeus, Paris 1606 p. 123) *τρισχίλιοι γὰρ ὄντες ὁπλῖται Ῥωμύλου, ὥς φησι Δίων ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῆς ἱστορίας, εἰς τρεῖς ἐνεμήθησαν μοίρας κληθείσας τρίβους, τοῦτ' ἔστι τριττύας, ἃς καὶ φυλὰς ὠνόμασαν Ἕλληνες. ἑκάστη δὲ τριττὺς εἰς δέκα διῃρέθη κουρίας ἤτοι φροντιστήρια. κοῦρα μὲν γὰρ ἡ φροντὶς λέγεται, καθ' ἑκάστην δὲ κουρίαν συνιόντες οἱ εἰς αὐτὴν τεταγμένοι τινὰ τῶν καθηκόντων ἐξεφρόντιζον, [λέγονται δὲ καθ' Ἕλληνας αἱ κουρίαι φρατρίαι ...]* Hoc loco *tribus τρίβους τριττύς φυλή, curia* autem *κουρία φροντιστήριον φρατρία* dicitur;

rursus distracta (Suet. *Caes.* 42; *Aug.* 32; lex Julia de collegiis Dessau *Ins. Lat. Sel.* 4966), a Gaio admissa, a Claudio rursus dissoluta sunt: II. 669. 19 (60, 6, 6) *τάς τε ἑταιρείας ἐπαναχθείσας ὑπὸ τοῦ Γαΐου διέλυσε* (quem locum neque Marquardt *Röm. Staatsverw.* 3², p. 140 neque Kornemann apud Pauly-Wissowa *R.E.* 4, p. 380 seqq. s. v. *collegium* respexerunt, cf. p. 408); Maecenas in oratione sua principis imperio ea minime prodesse existimat II. 407. 10 (52, 36, 2) *ἑταιρεῖαι ... ἅπερ ἥκιστα μοναρχίᾳ συμφέρει.* Sodalitas Lupercorum Julianorum *ἑταιρία* dicitur *Ἰουλία* II. 109. 15 (44, 6, 2) et *ἑταιρικὸν Ἰούλιον* II. 162. 3 (45, 30, 2). *Τὰ ἑταιρικά* potius factiones esse videntur I. 426. 25 (37, 57, 2), *ἑταιρεία* factio est I. 353. 13 fragm. 109, 15, Exc. Val. 122, cf. I. 419. 6 (37, 45, 1). Sic quoque vocabulo *τοῦ ἑταιρικοῦ* II. 213. 15 (47, 5, 5) Thucydidem 3, 82, 6 secutus Dio eos designat qui eiusdem factionis sunt. *Τὰ ἐν τῇ πόλει συστήματα* III. 328. 10 (74, 4, 6) Xiph. utrum eadem sint ac paulo supra *τὰ ἐν τῷ ἄστει γένη* (sc. decuriae apparitorum), an collegia velut opificum, non facile diiudicari potest, praesertim cum verba ipsius Dionis non supersint. Ceterum neque apud Dionem neque apud Graecos veteres discrimen inter vocabula *ἑταιρικόν, ἑταιρεία, ἑταιρία* exstare video.

[34]) II. 486. 6 (55, 8, 3) *τὸ διριβιτώριον αὐτὸς ὁ Αὔγουστος ἐδημοσίευσε.* Tum novum aedificium paucis describitur. Quoniam Dio de nomine non agit neque quo consilio aedificatum sit commemorat, verisimile est eum iam antea de diribitorio mentionem fecisse.

ceteroquin *tribus* Dioni ubique *φυλή* est velut I. 68. 6 Zonaras (lib. 7. 19, 7); I. 375. 27 (36, 30, 2); II. 109. 4 (44, 5, 2); II. 250. 20 (48, 4, 6); II. 370. 7 (51, 20, 2); *αἱ φυλετικαὶ ἀρχαιρεσίαι* II. 432. 9 (53, 23, 2); *curiam φρατρίαν* dictam esse ex eo apparet, quod *lex curiata νόμος φρατριατικός* dicitur I. 422. 24 (37, 51, 2); I. 473. 6 (39, 11, 1); I. 476. 29 (39, 19, 3); II. 25. 19 (41, 43, 3); II. 145. 11 (45, 5, 3). Verba igitur „*λέγονται δὲ καθ' Ἕλληνας αἱ κουρίαι φρατρίαι*" certe quod ad sensum Dionis putanda sunt.

I. 48. 7 sqq. Zonaras (7, 15, 2—3) 494 a. c. *καὶ προστάτας αὐτίκα ἐξ ἑαυτῶν δύο προεχειρίσαντο, . . . καὶ ἐπ' ἐνιαυτὸν τοὺς προστάτας ὡς ἀρχήν τινα ἀπεδείκνυσαν, τῇ μὲν τῶν Λατίνων γλώσσῃ*[35] *καλουμένους τριβούνους, (οὕτω γὰρ οἱ χιλίαρχοι κέκληνται), δημάρχους δὲ προσαγορευομένους τῇ Ἑλληνίδι φωνῇ. ἵνα δὲ διαστέλληται ἡ τῶν τριβούνων προσηγορία, τοῖς μὲν τὸ τῶν στρατιωτῶν, τοῖς δὲ τὸ τοῦ πλήθους προσέθεντο πρόσρημα. οὗτοι δὴ τοῦ πλήθους οἱ τριβοῦνοι ἢ δήμαρχοι κ.τ.λ.*; tum de eorum potestate agitur. Zonaras haec a Dione mutuatus est quem hoc loco tribunorum nomen tribus modis (*τριβοῦνος χιλίαρχος δήμαρχος*) Graece reddidisse apparet; ceteroquin semper *tribunus plebis δήμαρχος* dicitur[36].

Multi Zonarae loci adhuc documento sunt Dionem de singulis institutis muneribusque rei publicae Romanae fusius atque saepe egregie egisse; sed quae Dio de vocabulis ipsis disseruit, pleraque vel omnino vel magna ex parte perierunt. Tamen eorum quae de nomine *quaestorum* disseruerat, reliquiae servatae sunt a Zonara I. 40. 16 (lib. 7, 13, 3); quae de nomine *aedilium* I. 50. 15 (lib. 7, 15, 10); quae de nomine *principis senatus* I. 68. 25 (lib. 7, 19, 10)[37]. Perierunt tamen omnino, quae Dio de nomine *dictatoris* atque *censorum* habebat, cf. I. p. 42 et 67 (lib. 7, 13, 12—14 et 7, 19, 6—9).

3.

Tamen fit quoque, ut Dio ubi de ipso munere agit, etiam totam historiam eius muneris tractaverit: sic ubi Dio de *aerario*

---

[35]) Haec verba summatim Dionis esse confirmatur aliis locis collatis velut I. p. 31. 3, ubi Zonaras (lib. 7, 11, 11) *διὸ καὶ Βροῦτος ἐπεκλήθη· τοὺς γὰρ εὐήθεις οὕτω τοῖς Λατίνοις ἔθος καλεῖν* et I. 31. 5 Exc. Mai. 13 *τοὺς γὰρ εὐήθεις οὕτω πως οἱ Λατῖνοι προσηγόρευον.*

[36]) Quod Dio apud Zonaram I. 42. 19 (lib. 7, 13, 13) vocabulo *δήμαρχος* iam antea usus erat, vide adn. 38.

[37]) *ὑποστρατήγους ἢ πρεσβευτάς* I. 107. 15 Zonaras (lib. 8, 1, 10) reliquias esse eius Dionis loci, ubi de legatis agebatur, qui magistratui adduntur, probavi p. 83 sq.

militari agit, etiam innovationes commemoravit, quae postea incesserunt: II. 501. 7 (55, 25, 3) *νῦν* (Dionis aetate) *γὰρ καὶ αἱροῦνται* (praefecti huius aerarii) *πρὸς τοῦ ἀεὶ αὐτοκράτορος καὶ χωρὶς ῥαβδούχων περιίασιν*. Itaque id quoque non mirum antequam aliquod institutum in rem publicam introductum est, eius nomen semel bisve commemorari. Jam vidimus (adn. 32) Dionem vocabulum *Αὔγουστος* commemoravisse, quotiens de aliqua immutatione nominis Octaviani mentionem faceret. Sic de *dictatura* agens, non tantum de dictatura Caesaris loquitur, sed etiam de ratione quae *dictatori* cum *tribunis pl.* intercedebat[38]); quamquam de tribunis pl., quippe qui postea demum instituerentur, nondum actum erat.

Idem accidit, ubi Dio de insula Britannia agit atque indicat, quatenus postea Agricola *legato pro pr.* provinciam Britanniam obtinente atque sub Severo *principe* cognitio huius terrae aucta sit I. 494. 8 (39, 50, 4)[39]).

Restat ut de uno loco Zonarae agam I. p. 72—74 (lib. 7, 21, 4—11), quo loco uberrime *triumphus* describitur atque etiam breviter de nomine ipso mentio fit: *ἣν καὶ θρίαμβον ἐκάλουν*[40]), quamquam iam saepe antea triumphum habitum memoriae tradiderat Dio[41]) I. 21. 4; I. 66. 26; I. 66. 28; I. 67. 16 Zonaras (lib. 7, 8, 7; 7, 19, 2 et 5). Quam difficultatem eo tolli posse conicias, quod Camillus triumphum solito splendidiorem egit (*τά τε ἄλλα σοβαρῶς ἐθριάμβευσε*), — id quod ceteri quoque auctores assentiuntur — multasque triumphi innovationes introduxit quae manserunt excepto quadriiugio equorum alborum. Quae Dioni causa fuisse potest, cur hoc demum loco de triumpho ageret. Ceterum ubi Dio ipse non superest, res plerumque quodammodo dubia manet; nunquam enim pro certo scimus, quid Zonaras omiserit, mutaverit, addiderit[42]).

---

[38]) Zonaras I. 42. 19 sqq. (lib. 7, 13, 13): *καὶ οὔτ᾽ ἐγκαλέσαι τις αὐτῷ οὔτ᾽ ἐναντίον τι διαπράξασθαι ἴσχυεν, οὐδὲ οἱ δήμαρχοι . . . οὐκ ἐπὶ πλέον δὲ τῶν ἓξ μηνῶν ἡ τῆς δικτατορίας ἀρχὴ παρετείνετο, ἵνα μή τις αὐτῶν ἐν τοσούτῳ κράτει καὶ ἐξουσίᾳ ἀκράτῳ χρονίσας ὑπερφρονήσῃ καὶ πρὸς ἔρωτα μοναρχίας ἐκκυλισθῇ. ὅπερ ἐς ὕστερον καὶ ὁ Καῖσαρ Ἰούλιος ἔπαθεν, ἐπεὶ παρὰ τὰ νενομισμένα τῆς δικτατορίας ἠξίωτο.*

[39]) *προϊόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου πρότερόν τε ἐπ᾽ Ἀγρικόλου ἀντιστρατήγου καὶ νῦν ἐπὶ Σεουήρου αὐτοκράτορος νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται.*

[40]) Haec verba Dioni abiudicare nolim collatis aliis locis velut I. 40. 17 (lib. 7, 13, 3) *κουαίστωρας δ᾽ ἐκάλουν αὐτούς.*

[41]) Dio, cui triumphus *ἐπινίκια* vel *νικητήρια* est, vocabula *θρίαμβος θριαμβεύειν* a Zonara saepius adhibita, prorsus vitat.

[42]) Id quoque memorabile Zonaram iam tunc titulum *imperatoris* triumphatori attribuisse. Cf. adn. 71.

Caput II.

Quibus rationibus Dio in his vocabulis eligendis usus sit.

Dionem, veterum scriptorum praesertim Atticorum imitatorem perpetuum, vocabula sua potissimum per comparationem eligere patet. Magie enim *l. l.* p. 2 auctore Wissowa tribus modis Romanorum vocabula sollemnia Graece reddita esse exposuit: per comparationem, per translationem, per transcriptionem; per comparationem, *qua vocabula sollemnia iuris publici Graeci ad magistratus institutaque Romanorum designanda ita usurpabantur, ut similia similibus conferrentur et appellationes Graecae ad munera Romana congruentia transferrentur;* ... per translationem, *qua appellationes Latinae ad verbum Graece reddebantur vocibus eiusdem significationis, vi sollemni nominum non servata;* .... per transcriptionem *qua voces Latinae litteris Graecis scribebantur;* .... *Et quod ad paucas appellationes attinet, eandem omnibus modis conversam invenimus, ut quaestor* = *ταμίας* per comparationem, = *ζητητής* per translationem, = *κναίστωρ* per transcriptionem.

Dionis ratio eligendi ex deorum nominibus facile cognoscitur. Deorum nomina quantum poterat, per comparationem Graece reddidit; quotienscunque autem deos, quibuscum deos Romanos comparare posset, apud Graecos deesse putabat, eorum nomina, si significatio verbi Latini perspicua erat, per translationem; sin minus, per transcriptionem expressit; veluti *Mars* ei *Ἄρης* est, *Minerva Ἀθηνᾶ*, et sic pleraque, per comparationem; *Mars Ultor ὁ Ἄρης ὁ Τιμωρός*, *Juppiter Tonans ὁ Ζεὺς ὁ Βροντῶν*, *Minerva Custos urbis ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φυλακίς*, *Fortuna Redux Τύχη Ἐπάναγωγος* et alia, per translationem; *Iuppiter Feretrius ὁ Ζεὺς ὁ Φερέτριος*, *Ianus Geminus ὁ Ἰανὸς ὁ Γέμινος* et alia, per transcriptionem. Ex vocabulis p. 17 sq. commemoratis *πάρεδρος* per comparationem, *ἀνακλητοί* per translationem, *Αὔγουστος* per transcriptionem reddita sunt. Ceterum Dio ubi de nomine ipso agebat, saepius idem

vocabulum omnibus his modis Graece expressit: ita ubi de nomine *tribus* agebat, voces *τρίβους τριττύς φυλή*, ubi de nomine *curiae*, voces *κουρία φροντιστήριον φρατρία* (cf. p. 19), ubi de nomine *tribuni* agebat, voces *τριβοῦνος χιλίαρχος δήμαρχος* (cf. p. 20), ubi de nomine *Augusti*, voces *Αὔγουστος Σεβαστός σεπτός* commemorantur (cf. p. 17)[43]).

Magie autem ea vocabula, quae in aliqua civitate Graeca in usu erant, per comparationem electa censet, velut *σύγκλητος*, quod vocabulum, apud scriptores veteres non usurpatum, Romani a Neapolitanis accepisse videntur; at Dio studio litterarum deditus[44]) verbis, quae apud scriptores veteres non inveniuntur, quantum potuit, abstinere conatur. Sic vocabula *σύγκλητος θρίαμβος ἐπαρχεία Σεβαστός* alia, quae saepissime in titulis et apud alios scriptores rerum Romanarum nec apud veteres scriptores Graecos inveniuntur, a Dione vitantur. Attamen ne apud Dionem quidem vocabula deesse per *translationem* et per *transcriptionem* Graece reddita iam vidimus; de utroque genere fusius egi in libro meo: *De sermone Dioneo* (cf. adn. 3).

Sed numerus vocabulorum quae apud Dionem sollemnis in iure publico usus habenda sunt, non ita magnus est. Saepius Dio vocibus usus est quae laxioris potius et communis quam stricti et definiti usus dicas velut *στρατίαρχος ὕπαρχος*, de quibus infra agam. Non tantum ea munera, quae Latine pluribus verbis designantur sed etiam alia proprio nomine non dato variis circumlocutionibus exposuit, vocibus usus velut *προστατεῖν διάγειν διοικεῖν* aliaque, de quorum usu in sequenti capite quaedam disserui. Nonnunquam denique, si quod munus accurate designandum non putavit, pronomen *τις* nomini alterius muneris addidit, quocum conferri posset (vide p. 138 sq.).

---

[43]) Cf. apud nos: Lord Chancellor per transcriptionem, Lord Kanselier per translationem, Minister van Financien per comparationem.

[44]) II. 497 18 (55, 12, 5) Xiph. *τῶν Ἑλλήνων δέ τινες, ὧν τὰ βιβλία ἐπὶ τῷ ἀττικίζειν ἀναγινώσκομεν κ.τ.λ.* S. A. Naber, *Over de grondslagen der Critiek van Dio Cassius* (*Versl. en Mededeelingen der Kon. Akad. v. Wetensch. Afd. Letterk. 1e Reeks X* p. 304, 1866), frustra demonstrare conatus est non ipsos veteres scriptores verum Phrynichi libros legisse Dionem, putans per *Ἕλληνας* non scriptores sed grammaticos significari. Eius opinio iam refutata est a L. Dindorfio, *Dio Cassius und Phrynichus, Jahrb. f. class. Phil.* 99 (1869) p. 1 sqq. Ceterum negari non potest vocabularia quaedam grammaticorum ei praesto fuisse, ut disserui in libro meo: *De sermone Dioneo* (cf. adn. 3).

Caput III.

De nonnullis vocabulis, quae communis usus existimanda sunt, in iure publico adhibitis.

1.

Saepius, ut supra dixi, Dio vocibus usus est, quae communis usus, certe non sollemnes existimandae sunt, quae non unius muneris vel unius generis munerum propriae alio loco ad aliud genus rerum spectent; sunt quae modo de summi magistratus, modo de libertorum munere dicantur. His verbis Dio usus esse videtur, ubi nomen sollemne vitare praetulit, sc. ubi quis magistratus alterius officia peragit vel ubi quis munere aliquo non tam ex iure quam de facto fungitur; ubi aliquod munus diligentius designare difficile vel non opus esse putabat. His quoque verbis Dio ea munera designavit, quibus proprium nomen non dedit. Elocutionis causa haec verba praetulisse videtur in orationibus velut in oratione funebri quam Tiberius habuit (lib. 56, 35—41). Etiam in Maecenatis oratione libri 52, qua novum quendam statum rei publicae suadet, verba sollemnia prope omnino vitantur.

Iam nonnullis exemplis horum verborum usum illustrabo. *διάγειν διέπειν διοικεῖν*, quae vocabula sensu *administrandi* promiscue usurpantur[45]), crebro in usu sunt de cuiusvis generis muneribus publicis privatisque:

II. 431. 11 (53, 22, 1) Augustus princeps *τὸ μὲν οὖν σύμπαν οὕτω τὴν ἀρχὴν διῴκησε.*

---

[45]) Cf. Boissevain ad III. 225. 5 (69, 3, 5) Xiph. Tenendum autem est vocabulum *διοίκησις* sine additamento *aerarii administrationem* posse designare velut II. 685. 13 (60, 24, 1) *οἱ στρατηγοὶ οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως* et II. 685. 19 (60, 24, 3); cf. II. 439. 32 (53, 32, 2) et al. In quo usu Dio Demosthenem secutus esse videtur: *or.* 18, 38 et 115 *ὁ στρατηγὸς ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως*; cf. *or.* 59, 4. Alioquin vis huius vocabuli *διοίκησις* apud Dionem vel ex contextu verborum vel additamento aliquo patet: *ἡ τῶν χρημάτων διοίκησις* II. 186. 24 (46, 23, 1) ad privatam rem familiarem pertinet; *αἱ διοικήσεις τῶν χρημάτων τῶν τε τοῦ δήμου*

II. 565. 6 (57, 7, 1) Tiberius princeps *αὐτὴν* (sc. *τὴν ἀρχήν*) . . . *διήγαγεν.*

II. 224. 26 (47, 20, 1) *ὅ τε γὰρ Βροῦτος καὶ ὁ Κάσσιος τὸ μὲν πρῶτον . . . τὰς στρατηγίας ἐν τῷ αὐτῷ ᾧ καὶ πρὶν κόσμῳ διῴκουν.*

II. 226. 23 (47, 22, 4) Brutus *ἄριστα δὴ τὴν Μακεδονίαν διήγαγε.*

II. 251. 16 (48, 5, 5) *αὐτὸν* (M. Antonium) *τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη διέποντα.*

Libertorum munera habes:

III. 24. 12 (61, 5, 4) Xiph. et III. 182. 9 (67, 15, 1) Xiph. *ὁ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διέπων a libellis.*

III. 17. 15 (60, 34, 5) Xiph. *τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν ab epistulis.*

III. 225. 5 (69, 3, 5) Xiph. *τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διαγαγόντα.*

De magistratibus qui alterius munera peragunt legitur:

II. 21. 27 (41, 36, 3) *καίτοι μηδενὸς ἀγορανόμου ἐπιδημοῦντος οἱ δήμαρχοι πάντα τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτοῖς διήγαγον.* Cf. II. 9. 30 (41, 14, 4); II. 302, 18 (49, 16, 2); II. 459. 19 (54, 19, 6).

Etiam in orationibus atque in libro 52 haec vocabula saepius occurrunt.

προΐστασθαι[46]), quod vocabulum et ipsum laxioris usus est, saepe is *dux* dicitur, quem exterae nationes vel milites seditione facta sibi praeficiunt velut I. 468. 10 (39, 1, 2); II. 90. 7 (43, 29, 3). In Maecenatis oratione haec vox saepius occurrit atque etiam in Augusti oratione funebri, quam Tiberius habuit II. 550. 17. (56, 39, 6).

Notatu dignum est I. 518. 7 (40, 28, 2) de C. Cassio *pro quaestore*: *τότε δὲ* (post Crassi mortem) *καὶ ἀνάγκῃ τῆς Συρίας ἔν τε τῷ παρόντι καὶ μετὰ ταῦτα προέστη.* De hoc extraordinario Cassii imperio, quod diligenter designare Dio neglexit, cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3, p. 693, 3 (1^2, p. 667, 3)[47]).

προστατεῖν opponitur *τῷ δεσπόζειν* II. 82. 11 (43, 17, 2); III. 47. 1 (62, 6, 5) Xiph.; cf. II. 31. 32 (41, 54, 1). Hac voce igitur *principis dignitas* mitiorem in modum designatur II. 416. 9 (53, 4, 2); III. 450. 18

καὶ τῶν τῆς ἀρχῆς λέγω II. 396. 13 (52, 25, 1) ad *aerarium* et *fiscum* spectat; *ἡ τῶν κοινῶν διοίκησις* II. 589. 11 (58, 2, 2) *administratio rei publicae.*

Verbo *διοικεῖν*, si significatio e contextu sermonis non patet, semper aliquod additum sibi habet: *διοικεῖν τὰ δημόσια χρήματα* II. 99. 23 (43, 45, 2); *τὰ χρήματα τὰ κοινὰ διοικῆσαι* II. 159. 7 (45, 25, 1).

[46]) Sensu *tuendi* usurpatum esse mihi videtur: II. 54. 19 (42, 29, 2).

[47]) Eclogario attribuere velim III. 85. 2 (63, 22, 1) Exc. Val. quod de C. Julio Vindice dicitur *προέστη τῶν Γαλάτων*; cf. p. 15.

(78, 41, 2)[48]). *Praefectus praetorio* qui principis loco totam rem publicam administrat *τοῦ κοινοῦ προστατεῖν* dicitur III. 290. 9 (72, 9, 1) Xiph. In Maecenatis oratione haec vox occurrit II. 393. 17 (52, 21, 2); II. 396. 3 (52, 24, 4).

Notatu dignum est III. 430. 20 (78, 35, 1): in Aegypto *διῆγεν δέ τινα καὶ Μάριος Σεκοῦνδος, καίπερ βουλευτής τε ὑπὸ τοῦ Μακρίνου γεγονὼς καὶ τῆς Φοινίκης προστατῶν.* Vir praetorius, legatus leg. III Gall. hac aetate provinciae Syriae Phoenice praeesse solebat[49]). Videtur igitur hic Marius Secundus, modo senator factus a Macrino, inter praetorios adlectus fuisse. In Aegypto quoque ei, quamquam senator erat, quaedam administranda mandata sunt. Ex usu vocis *προστατεῖν* conicere velim eum non iustum praesidem provinciae Syriae Phoenices a Dione existimatum esse.

Voce *προστάτης* is designatur, qui tuetur, qui *curator, defensor, patronus* est, qui *dux* est[50]). I. 442. 9 (38, 17, 5) Cicero *προστάτης αὐτῶν* (Siculorum) *ἐγεγόνει* sc. patronus causae eorum fuerat[51]); II. 107. 16 (44, 2, 5) Dio Caesarem *τόν τε προστάτην καὶ τὸν κηδέμονα αὐτῆς* (rei publicae) dicit: patronum atque curatorem; II. 252. 11 (48, 6, 5) *προστατῶν ἐπιλαβόμενοι* patronos causae suae adepti, cf. II. 5. 20 (41, 8, 1) et III. 460. 3 (79, 6, 1); II. 355. 19 (51, 4, 2) *προστάτου τινὸς λαβόμενοι* ducem adepti, cf. II. 357. 11 (51, 6, 1) et in Maecenatis oratione II. 392. 6 (52, 19, 3), item *προστάτις* quae dux est II. 59. 32 (42, 39, 1). Antonius in Caesaris oratione funebri II. 136. 19 (44, 48, 2) *προστάτην*, inquit, *διατελῆ τῆς τε πόλεως καὶ τῆς ἀρχῆς ἁπάσης ἔχειν ἐπεθυμήσατε* e. q. s. et Tiberius in Augusti oratione funebri II. 552. 33 (56, 41, 9) *προστάτην αὐτὸν καὶ πατέρα δημόσιον ἐποιήσασθε.*

Duo loci notatu digni sunt: I. 48. 3 et 7 Zonaras (lib. 7, 15, 1 et 2) Plebeii *προστάτας αὐτίκα ἐξ ἑαυτῶν δύο προεχειρίσαντο . . . τοὺς προστάτας ὡς ἀρχήν τινα ἀπεδείκνυσαν . . . τὸ μὲν γὰρ τῶν ἀρχόντων ὄνομα οὐκ ἔσχον εὐθύς.* Itaque Dio hoc vocabulum aptum iudicavit quo *tribunos pl.* designaret, quamdiu nomine magistratuum caruerunt.

II. 450. 4 (54, 8, 4) Augustus *αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθείς κ.τ.λ.* *Summam viarum curam* Augusti ea voce indicavit Dio, cum negotium ipsum rursus iis mandaretur qui vulgo *curatores viarum* dicuntur.

---

48) Sensu *tuendi* haec vox usurpata esse videtur I. 287. 1 fragm. 62, 1a, Bekk. Anecd., cf. Aesch. *Sept.* 378; Eur. *El.* 932.

49) Domaszewski, *Die Rangordnung des röm. Heeres* p. 173, 13.

50) Non tamen is ita dicitur, qui copiis rei p. Romanae praeest.

51) Sturz vertit: *cui aliquando praefuerat.*

In hoc numero putanda sunt verba velut *διάγειν*, *διέπειν*, *διοικεῖν*, *ἐγχειρίζειν*, *διὰ χειρὸς ἔχειν*, *μεταχειρίζεσθαι*, *πέμπειν*, *ἐκπέμπειν*, *καταλείπειν* (cf. adn. 255), *πιστεύειν*, *ἐμπιστεύειν*, *στέλλειν*, *ἐπιτρέπειν*, *τάττειν*, *διατάττειν*, *προστάττειν*, *ἡγεῖσθαι*, *ἐφιστάναι*, *προΐστασθαι*, *προστατεῖν*, *ἐπιστατεῖν*, *ἀποδείκνυσθαι*, *ἐπιμελεῖσθαι* atque multa alia. Huc pertinent *αὐτοτελής* (cf. p. 44), *στρατίαρχος* (cf. p. 104 sq.) et *ὕπαρχος* (cf. p. 92 sq.).

Sed etiam in hoc numero habenda esse mihi videntur vocabula velut *προγράφειν προγραφή*[52]) *proscribere proscriptio*: I. 354, 14, fr. 109, 21 Exc. Val.; II. 205. 25 (46, 49, 5); II. 211. 20 (47, 3, 1); II. 218. 24. (47, 12, 1); II. 219. 6 (47, 13, 1); II. 302. 10 (49, 16, 1); II. 331. 17 (50, 10, 1); III. 74. 15 et 16 (63, 9, 3) Exc. Val.; et al. Semper enim apud Dionem, quamquam non, ut solent alii, *ἐπὶ θανάτῳ* addidit, aliquod verbum velut *σφαγαί θανατοῦν ἀπόλλυσθαι* in contextu occurrit; quam ob rem vocabula *προγράφειν προγραφή* hanc significationem specialem[53]) a contextu recepisse mihi videntur. Ceterum *proscribere proscriptio* aliis quoque modis a Dione significatur velut: *ἐκτιθέναι ἐν τῷ λευκώματι* II. 280. 25 (48, 44, 1) vel *ἐν τοῖς λευκώμασιν* II. 269. 12 (48, 29, 2) et al.; cf. *ἐκτιθέναι* II. 215. 16 (47, 8, 1) et al.; *ἐπικηρύττειν* II. 135. 31 (44, 47, 4); II. 215. 3 (47, 7, 4) saepissime; *ἐς λευκώματα ἐσγράφειν* II. 221. 29 (47, 16, 4) et al.; *ἐς τὰ λευκώματα τὰ Σύλλεια* II. 153. 8 (45, 17, 1); *ἐς τὰ λευκώματα ἐγγράφειν* II. 219. 8 (47, 13, 1).

2.

Praefectus urbi(s) Dioni est *πολίαρχος*, et aetate rei publicae liberae et aetate imperatoria (vide p. 99 sq.), sed vocabulis non sollemnibus Dio munus eorum significavit, quibus ab Augusto Roma Italiaque administranda mandabatur, sc. Maecenatis Tauri Agrippae.

II. 302. 20 (49, 16, 2) *τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ πόλει τῇ τε λοιπῇ Ἰταλίᾳ Γάιός τις Μαικήνας, ἀνὴρ ἱππεύς, καὶ τότε καὶ ἔπειτα ἐπὶ πολὺ διῴκησεν.*

II. 354. 32 (51, 3, 5) *καὶ φοβηθεὶς μὴ τοῦ Μαικήνου, ᾧ καὶ τότε ἥ τε Ῥώμη καὶ ἡ λοιπὴ Ἰταλία προσετέτακτο, καταφρονήσωσιν, ὅτι ἱππεὺς ἦν.*

---

[52]) J. B. Ullrich, *Über die Latinismen des Dio Cassius* (Nürnberg 1912) p. 19 non recte haec vocabula in „Latinismorum" numero habet.

[53]) Alia significatione: *προγράφειν publice scriptum proponere* II. 627. 11 (59, 9, 4); II. 687. 7 (60, 26, 1) et al.; (auctionem) *proscribere* II. 356. 6 (51, 4, 7); *προγραφή edictum* I. 441. 3 (38, 16, 3); II 112. 2 (44, 10, 2); II. 538. 3 (56, 25, 5) et al.; cf. apud veteres *προγράφειν* Ar. *Av.* 450 (*ἐν τοῖς πινακίοις*); Dem. 47, 42; Aesch. 2, 60 et 61; *προγραφή* Xen. *Hipp.* 4, 9.

II. 484. 27 (55, 7, 1) *ὅθεν καίπερ ἱππεῖ αὐτῷ ὄντι καὶ τὸ ἄστυ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐπέτρεψε.*

Dio id praesertim admonet Maecenatem, quamquam ex ordine equestri erat, urbi praefuisse; ceterum de hoc Maecenatis munere cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 729, 2 (2^2 p. 708, 2).

De munere Tauri atque Agrippae, qui principatu iam constituto urbi Italiaeque praefecti sunt, Dio ita:

II. 459. 15 (54, 19, 6) Augustus *οὕτω τὸ μὲν ἄστυ τῷ Ταύρῳ μετὰ τῆς ἄλλης Ἰταλίας διοικεῖν ἐπιτρέψας* . . ., cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1060, 1 (2^2 p. 1013, 4).

II. 448. 12 (54, 6, 4) Augustus *ἐζήτει τινὰ αὐτῇ* (Romae) *ἐπιστῆσαι*. Quare Agrippam *ἐς τὴν Ῥώμην . . . ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως διαχειρίσει ἔπεμψε*; cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1060, 2 (2^2 p. 1014, 1)[54].

Itaque hic usus verborum sententiae eorum favet, qui iudicant Maecenati Tauro Agrippae *munus nomenque legitimum praefecti urbis* defuisse.

His vocabulis non sollemnibus Dio munera eorum designare satis habet, qui ex imperatoria familia exercitui praefecti erant[55]) vel mandatum aliquod exsequebantur; simulatque autem cum magistratu iusto sunt, quem a populo senatuve acceperunt, eorum munus dignitatemque sollemni vocabulo commemorare solet[56]). Ad hunc usum illustrandum exempla Drusi Germanicique afferam.

Nero Claudius Drusus anno 16 a. C., cum Tiberius frater eius praetor Augustum in Galliam comitaretur, *τήν γε ἀρχὴν αὐτοῦ πᾶσαν ἐκ δόγματος διήγαγεν* II. 459. 19 (54, 19, 6); anno 15 a. C. Augustus *πρῶτον μὲν τὸν Δροῦσον ἐπ' αὐτοὺς* (Raetos) *ἔπεμψε· . . . ὥστε καὶ τιμὰς στρατηγικὰς ἐπὶ τούτῳ λαβεῖν* II. 462. 28 (54, 22, 3); a. 13 a. C. Augustus e Gallia Romam rediens, *τὸν μὲν Δροῦσον ἐν τῇ Γερμανίᾳ κατέλιπεν* II. 465. 30 (54, 25, 1), (cf. adn. 255 et 377; Klebs *Pros. Imp. Rom.* 1 n. 689 p. 366: *Drusum Galliis praefecit, qui censum ibi egit*, Liv. *perioch.* 138); a. 12 a. C. bella cum Germanis gessit II. 471. 22 sq. (54, 32); a. 11 a. C. *ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν ἀστυνόμος . . . καίπερ τὰς στρατη-*

---

54) Verba eiusdem generis de Lepido III viro r. p. c. II. 224. 22 (47, 20, 1): *Λέπιδος μὲν αὐτοῦ, τήν τε πόλιν καὶ τὴν ἄλλην Ἰταλίαν διάξων, . . . ὑπέμεινε.*

55) Augustus ipse *Mon. Anc.* lat. 5, 45: *per Ti. Neronem, qui tum erat privignus et legatus meus.*

56) Sic Augustum a. 20 a. C. Tiberium in Armeniam misisse narrans nihil habet nisi *μετέστειλε τὸν Τιβέριον* II. 450. 27 (54, 9, 4); sed cum Gaius mitteretur a. 1 a. C., addit *τήν τε ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν ἀνθύπατον . . . ἔδωκεν* II. 493. 2 (55, 10, 18) Zon.

γικὰς τιμὰς ἔχων ἀπεδείχθη· ἅμα δὲ τῷ ἦρι πρὸς τὸν πόλεμον αὖθις ὥρμησε, ... II. 472. 5 (54, 32, 3); bella cum Germanis gerere pergit II. 472. 7 sqq. (54, 33); διὰ μὲν οὖν ταῦτα τάς τε ἐπινικίους τιμὰς καὶ τὸ ἐπὶ κέλητος ἐς τὸ ἄστυ ἐσελάσαι (ornamenta triumphalia et ovandi ius) τῇ τε τοῦ ἀνθυπάτου ἐξουσίᾳ, ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ χρήσασθαι ἔλαβε. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ αὐτοκράτορος e. q. s. II. 473. 12 (54, 33, 5); ἥ τε πανήγυρις ἡ τῇ στρατηγίᾳ αὐτοῦ προσήκουσα II. 473. 20 (54, 34, 1); a. 10 a. C. bella cum Germanis gerere pergit II. 476. 2 (54, 36, 4); a. 9 a. C. ὁ Δροῦσος μετὰ Τίτου Κρισπίνου ὑπάτευσε II. 479. 8 (55, 1, 1); καί γε αἱ ἀνοχαὶ δεύτερον τὴν χάριν αὐτοῦ, πρὸς τὸ τὰ νικητήρια ἐν ἐκείναις αὐτὸν ἑορτάσαι (triumphum agere)[57]), γενήσεσθαι ἔμελλον. ἀλλ' ὁ μὲν προαπώλετο II. 481. 6 (55, 2, 5).

Germanicus Julius Caesar, natus a. 15 a. C., quaestor a. p. C. 7[58]), eodem anno in bellum Illyricum missus: Augustus πέμπει τὸν Γερμανικὸν καίτοι ταμιεύοντα στρατιώτας οἱ οὐκ εὐγενεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ ἐξελευθέρους δούς II. 514. 28 (55, 31, 1); τὸν δὲ δὴ Γερμανικόν, ἀλλ' οὐ τὸν Ἀγρίππαν ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξέπεμψεν II. 515. 16 (55, 32, 1); cf. II. 516. 4 (55, 32, 4); non apparet, quo imperio usus Germanicus his copiis praefuerit; neque aliter a. 9 p. C.: II. 526. 23 (56, 11, 1); Augustus τοὺς μὲν τῷ Σιλουανῷ τοὺς δὲ Μάρκῳ Λεπίδῳ προστάξας ἐπὶ τὸν Βάτωνα μετὰ τῶν λοιπῶν σὺν τῷ Γερμανικῷ ὥρμησε II. 527. 30 (56. 12, 2); cf. II. 530. 4 et 18 (56, 15, 1 et 3); τῷ δὲ δὴ Γερμανικῷ αἵ τε νικητήριοι τιμαί, ὅπερ που καὶ τοῖς ἄλλοις στρατιάρχοις (de his vide p. 107) ὑπῆρξε, καὶ αἱ στρατηγικαί (ἐδόθησαν) II. 531. 6 (56, 17, 2); a. 10 p. C. Romae reis affuisse videtur II. 536. 30 (56, 24, 7) exc. Val.; a. 11 p. C. Τιβέριος μὲν καὶ Γερμανικὸς ἀντὶ ὑπάτου ἄρχων[59]) ἐς τε τὴν Κελτικὴν ἐσέβαλον II. 537. 12 (56, 25, 2);

---

[57]) Iustus triumphus Druso concessus est, quippe cui potestas proconsularis minor data esset.

[58]) Iam antea apud Dionem de eo mentio fit: a. p. C. 4 Augustus τὸν Γερμανικόν οἱ (Tiberio) τὸν ἀδελφιδοῦν καίτοι καὶ αὐτῷ υἱὸν ἔχοντι ἐσεποίησε II. 498. 19 (55, 13, 2); a. p. C. 6 μονομαχίας ἀγῶνες ἐπὶ τῷ Δρούσῳ πρός τε τοῦ Γερμανικοῦ τοῦ Καίσαρος καὶ πρὸς Τιβερίου Κλαυδίου Νέρωνος, τῶν υἱέων αὐτοῦ, ἐγένοντο II. 511. 19 (55, 27, 3).

[59]) Dessau *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 179 *pro consule Dio vix recte.* Gelzer apud Pauly-Wissowa *R. E.* 10 p. 438, vs. 65: *Ich möchte darum Dio's Angabe für irrtümlich halten.* Sine causa, ut mihi videtur; Germanicus hoc loco *pro consule* bello Germanico interfuisse dicitur. Tale quid ne ab aetate quidem Caesaris alienum erat, cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 39 *L. Cassius Longin. procos. Tempe munivit.* Is Cassius legatus erat Caesaris, quem ante pugnam Pharsalicam in Thessaliam misit (Caes. *Bell. civ.* 3, 34—36 et 55; Dio II. 30. 17, lib. 41, 51, 2), tribunus pl. demum a. 44 a. C. (cf. Münzer apud Pauly-Wissowa

a. 12 p. C. *Γερμανικὸς δὲ μετὰ τοῦτο τὴν ὕπατον ἀρχὴν μηδὲ στρατηγήσας ἐδέξατο* II. 538. 19 (56, 26, 1).

R. E. 3 p. 1739 s. v. *Cassii* n. 55). Hoc imperium non commemoratum est Dessau *Ins. Lat. Sel.* 174 *Germanico Caesari Ti. f. Aug. n. q., auguri, cos. design. d. d.*, fortasse quia pluris aestimatum est commemorare quod *consul designatus* erat. Sane Germanici imperium non aequandum est illi potestati proconsulari minori, quam Dio variis modis *τὴν τοῦ ἀνθυπάτου ἐξουσίαν* appellat II. 473. 13 (54, 33, 5) vel *τὴν ἐξουσίαν τὴν ἀνθύπατον* II. 493. 2 (55, 10, 18) Zon. vel *τὴν ἀνθυπατικὴν ἐξουσίαν* II. 596. 22 (58, 7, 4) vel *τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχήν* II. 484. 14 (55, 6, 5) (vide p. 42 sq. et cf. de Augusti potestate pro consulari *τὴν ἀρχὴν τὴν ἀνθύπατον* II. 440. 11 lib. 53, 32, 5 et *ἀνθύπατον ἐξουσίαν* II. 449. 9 lib. 55, 13. 5), quae potestas Germanico data est a. 14 p. C. (Tac. *ann.* 1, 14, cf. huius operis adn. 386). *Corp. Ins. Graec.* 1879 eum *ὑπατεύοντα* vocat, non *αὐτοκράτορα*. Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 1158, 3 his verbis *ἀντὶ ὑπάτου ἄρχων* nimium tribuit, existimans iam hoc anno illam potestatem proconsularem minorem Germanico datam esse (aliter *Staatsr.* 2[2] p. 1095, 3). Huic mutatae Mommseni sententiae id quoque impedimento est, quod ea potestas proconsularis minor in perpetuum data esse videatur; nunquam enim (hoc ambiguo Germanici exemplo exempto) denuo data esse videtur. Aliter quidem Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 1157: *Die Perpetuität des kaiserlichen Prokonsulats gilt unter Augustus für den sekundären Prokonsulat nicht*, sed pergit: *Späterhin ist auch der sekundäre Prokonsulat wohl immer dauernd übertragen worden.* At id iam Augusto principe ita fuisse puto; sine causa Mommsenus, de principis proconsulari potestate opinionem suam mutans de proconsulari potestate minore veterem sententiam servavit, quam professus erat *Staatsr.* 2[2] p. 1099 *Auf Lebenszeit kann der sekundäre Prokonsulat unter Augustus nicht verliehen worden sein, da dieser selbst die Rückgabe seines Prokonsulats nach fünf oder zehn Jahren in Aussicht stellte.*

PARS III.

CAPITA SELECTA.

I. DE SIGNIFICATIONE NONNULLORUM DIONIS VOCABULORUM.

Αὐτοκράτωρ.

De significatu vocis *αὐτοκράτωρ* Dio ipse hic illic egit. Quamquam autem is locus, quo primum de ea egisse videtur[60]) atque fortasse vocabulum quoque Latinum commemoravit, non integer nobis servatus est, tamen eum Graecum *αὐτοκράτωρ* vocabulo Latino *imperatoris* adaequavisse cuique patet. Princeps locus nobis servatus quo[61]) huius vocabuli significationes illustravit, invenitur II. 98. 28—33 (43, 44, 2). Julio Caesari *nomen imperatoris* decretum esse dicit, additque: *τό τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ἐκεῖνος* [*ὡς*] *πολλάκις ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν* (*titulus imperatoris*, qui propter victoriam reportatam decernitur) *οὐδ' ὡς οἵ τινα αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες ὠνομάζοντο*[62]), *ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσι διδόμενον ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον, ὥσπερ τι*

---

[60]) Cf. I. 72. 5 et 10 Zonaras (lib. 7, 21, 4).

[61]) In hac re tractanda mihi praesto fuerunt Th. Mommsen, *Römisches Staatsrecht*, 3. Auflage; E. Herzog, *Geschichte und System der röm. Staatsverfassung*, 1884, 1887; J. Kromayer, *Die rechtliche Begründung des Principats*, 1888; A. Rosenberg, in Pauly-Wissowa, *R. E.* IX (1915) sub voce *imperator;* O. Th. Schulz, *Das Wesen des römischen Kaisertums der ersten zwei Jahrhunderte*, 1916; Donald McFayden, *The history of the title Imperator under the Roman Empire*, Chicago University Press 1920.

[62]) Quamquam in iure Romano hic usus *appellationis imperatoriae* absolevit, tamen apud scriptores invenitur velut Sall. *Cat.* 6 *annua imperia binosque imperatores sibi fecere*; Liv. 9, 46, 6; saepissime autem de iis qui militari imperio utuntur, usurpatur velut Liv. 4, 41, 2; 42, 3 et 7, et saepius; Cic. *de orat.* 1, 48, 210; *de imp. Cn. Pomp.* 2, 6; *Catil.* 1, 5; *Tusc.* 2, 26, 62; *pro Rosc. Amer.* 151 et al.

αὐτοκράτωρ *κύριον, προσέθεσαν.* *Nomen Imperatoris* Caesari primo atque primum, sed posthac semper, etiam Dionis aetate principibus datum esse dicitur *ὥσπερ τι κύριον*[63]), ut nomen quoddam proprium. Pergit Dio: *καὶ τοσαύτῃ γε ὑπερβολῇ κολακείας ἐχρήσαντο ὥστε καὶ τοὺς παῖδας τούς τε ἐγγόνους αὐτοῦ οὕτω καλεῖσθαι ψηφίσασθαι, μήτε τέκνον τι αὐτοῦ ἔχοντος καὶ γέροντος ἤδη ὄντος. ὅθενπερ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορας ἡ ἐπίκλησις αὕτη, ὥσπερ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσα καθάπερ καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος, ἀφίκετο*[64]). Neque

---

Cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3, p. 123 (1^2, p. 121): *Daß, wem das Imperium zusteht, sich auch imperator, griechisch αὐτοκράτωρ nennen dürfe, scheint selbstverständlich, und so mag es auch ursprünglich gehalten worden sein. Allein späterhin setzte zunächst der engere Sprachgebrauch . . . in Betreff der Benennung imperator sich so fest, daß die Inhaber des nicht feldherrlichen Imperium sich niemals Imperatoren benannten, dagegen diese Benennung für den Feldherrn auch appellativisch gewöhnlich ward. Aber auch für die Feldherren selbst kam es in Uebung, die Benennung imperator . . . erst nach dem ersten erfochtenen größeren Sieg anzunehmen.*

[63]) Adiecto pronomine *τι* Dio significavit se hoc nomen non *iustum* nomen proprium existimasse (vide p. 138 sq.); haec quoque causa fuisse mihi videtur, quod Dio, qui iusta nomina propria per transcriptionem Graece scribere solet, tamen nomen *Imperatoris* per translationem Graece reddiderit. (De forma nominum propriorum apud Dionem egi in libello: *De Sermone Dioneo*, cf. adn. 3). Fere cum Dione congruens Kromayer *l. l.* p. 25: *ob diese Bezeichnung als Titel oder als Name aufzufassen ist, dürfte sich kaum entscheiden lassen.* Suet. *Caes.* 76 *praenomen imperatoris.* Id minus recte: Senatus Caesari nomen *Imperatoris* decrevit neque tamen decrevit, utrum Caesar hoc nomine tamquam praenomine an tamquam cognomine uteretur. De hoc Caesaris titulo ac nomine breviter, sed recte egisse mihi videtur Kromayer *l. l.* p. 23—25. Aliter Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 767, putans proconsulare imperium perpetuum (*dauernde proconsularische Gewalt;* notandum haec verba deesse 2^2 p. 743) ita designari.

Saepius fit, ut novis potestatibus diu novae formae novaque nomina quaerantur neque statim certus usus apud omnes inveniatur. Neque mirum in Principatu constituendo initio dubitationem affuisse. De usu nominis *Imperatoris* McFayden in libro suo copiam locorum collegit. Ille (p. 25—27) se probavisse putat Caesarem modo titulum *imperatoris* propter victoriam reportatam habuisse, Dionem autem (atque Suetonium) erravisse. Tamen in hac re Dionem, fonte valde egregio nisum, errore captum esse veri simile non puto; potius conicere velim a Caesare id nomen *Imperatoris* a senatu sibi decretum non magni aestimatum esse neque eum usum percrebruisse. Inde ab anno 40 a. C. (vel potius 38 a. C., cf. adn. 66) Octavianus id nomen tamquam hereditate acceptum *praenominis* loco sibi assumpsit. Ex iis, quae McFayden *l. l.* p. 28—43 disseruit, ferme cum ipso auctore consentiens conicere velim Octavianum initio apta nomina quaesivisse ad dignitatem amplificandam atque postea ad principatum designandum neque semper eandem rationem secutum esse; per tempus hoc nomen *Imperatoris* tamquam *praenomen* in pretio eum habuisse, postea autem cognomini *Augusti* postposuisse. Inde a Vespasiano *praenomen Imperatoris* in usitatis principum nominibus habitum esse constat.

[64]) In iis quae sequuntur, Dio de duabus quas indicaverat vocabuli *imperatoris* significationibus agere pergens, de altera quae tamquam nomen quoddam

mirum est nomen quoddam proprium etiam filiis atque nepotibus decerni et hanc appellationem cum appellatione Caesaris conferri[65]). *αὐτοκράτωρ*

Sed mox res minus aperta est: II. 410. 22 (52, 41, 3) *ὁ Καῖσαρ* (Octavianus) anno 29 a. C.[66]) . . . *τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο, λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ ταῖς νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισίν . . . ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν τὸ κράτος διασημαίνουσαν ὥσπερ τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς παισὶ τοῖς τε ἐκγόνοις ἐψήφιστο.* Hoc loco *ἡ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησις ἡ τὸ κράτος διασημαίνουσα* adaequatur ei nomini quod Caesari filiis nepotibus decretum erat quodque supra expressis verbis ab ea appellatione distinctum erat, quae potestatem indicabat. Nobis nil restat quam ut colligamus Dionem, qui hoc loco interpretationis causa ipse addidit *λέγω δέ* sqq., vim prioris loci non satis animo percepisse[67]).

---

proprium usurpatur, hoc dicit: *οἱ μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο αὐτοκράτορες ἅπαξ τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ, ὥσπερ [ἐν] ταῖς ἄλλαις, καὶ πρώτῃ γε χρῶνται,* de altera *καὶ ἐκείνην τὴν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου προσλαμβάνουσι, κἀκ τούτου καὶ δεύτερόν τις καὶ τρίτον πλεονάκις τε, ὁσάκις ἂν παράσχῃ οἱ, αὐτοκράτωρ ἐπονομάζεται.* De tertia significatione, quam supra memoraverat, iam silet, idque eatenus recte, quod Caesaris imperium non haec appellatio, sed *dictatoris* nomen indicabat.

[65]) In Maecenatis oratione II. 410. 7 (52, 40, 2) *ὡς εἴ γε τὸ μὲν πρᾶγμα τὸ τῆς μοναρχίας αἱρῇ, τὸ δ' ὄνομα τὸ τῆς βασιλείας ὡς καὶ ἐπάρατον φοβῇ, τοῦτο μὲν μὴ προσλάβῃς, τῇ δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος προσηγορίᾳ χρώμενος αὐτάρχει. εἰ δ' οὖν καὶ ἄλλων τινῶν ἐπικλήσεων προσδέῃ, δώσουσι μέν σοι τὴν τοῦ αὐτοκράτορος, ὥσπερ καὶ τῷ πατρί σου ἔδωκαν.* Hic quoque appellatio *Imperatoris* uno ordine habetur cum cognomine *Caesaris;* idque recte, cum id nomen *Imperatoris*, quod Caesari decretum erat, significetur. Quod Maecenas haec vocabula idonea putabat ad potestatem designandam, ab Octaviani temporibus alienum est, cf. adn. 67.

[66]) Mommsen *Staatsr.* 2^3, p. 768, 1 (2^2, p. 744,1) ostendit Dionem erravisse; Octavianum enim iam anno 40 a. C. id nomen *Imperatoris* praenominis loco gessisse (fortasse rectius anno 38 a. C., cf. McFayden *l. l.* p. 33 sq.); Kromayer, *Die rechtl. Begründung des Princ.* p. 26 recte opinari videtur senatum hoc demum anno 29 a. C. Octaviano nomen Imperatoris, quod hereditate ei relictum erat, decreto suo confirmavisse. Quod si ita est, Dio id senatus consultum non recte interpretatus Octaviano simul potestatem imperatoriam decretam esse putavit; cf. Rosenberg apud Pauly-Wissowa *R. E.* IX s. v. *Imperator* p. 1146, vs. 47 sq.

[67]) Etiam loco supra laudato II. 99. 3 (43, 44, 3) Dio has duas significationes non clare distinxit; de *nomine Imperatoris* agens addidit: *ὅθενπερ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορας ἡ ἐπίκλησις αὕτη, ὥσπερ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσα καθάπερ καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος, ἀφίκετο.* De appellatione, quae potestatem indicat, hic non agitur; si Dio de *praenomine* cogitavit, erravit; constat enim principes domus Juliae Claudiaeque id *nomen* recusavisse. In hoc Dionis additamento turbato inutile puto explorare, utrum verba *ὥσπερ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσα καθάπερ καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος* ad illud *nomen Imperatoris* spectent an potius ad *dignitatem imperatoriam,* sed operae pretium est animad-

αὐτοκράτωρ Restat tertius locus II. 427. 16—21 (53, 17, 4 et 5) *τήν τε τοῦ αὐτοκράτορος πρόσρησιν διὰ παντὸς οὐ μόνον οἱ νικήσαντές τινας ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, πρὸς δήλωσιν τῆς αὐτοτελοῦς σφων ἐξουσίας, ἀντὶ τῆς τοῦ βασιλέως τοῦ τε δικτάτορος ἐπικλήσεως ἔχουσιν. αὐτὰς μὲν γὰρ ἐκείνας οὐ τίθενται, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐκ τῆς πολιτείας ἐξέπεσον, τὸ δὲ δὴ ἔργον αὐτῶν τῇ τοῦ αὐτοκράτορος προσηγορίᾳ βεβαιοῦνται.*

Hoc loco non solum qui victoriam reportaverunt, verum etiam omnes qui principes renuntiati sunt (*ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες*) titulum *imperatoris* assecuti esse dicuntur; reveraque apparet ipsa principis creatione titulum quoque *imperatoris* decretum esse velut C. I. L. IV 2028c (p. 467) in Actis fratrum Arvalium ad d. 18 m. Mart. 38: *quod hoc die C. Caesar Augustus Germanicus a senatu impera*[*tor appellatus est*]. Sed Dio hoc loco id quoque affirmat eum titulum *imperatoris*, quem principes simulatque creati sunt propter ipsam hanc creationem acceperunt, discernendum esse ab eo titulo qui propter victoriam reportatam decernitur; atque hunc titulum propter creationem acceptum cum potestate imperatoria coniunctum fuisse apparet ex verbis *πρὸς δήλωσιν τῆς αὐτοτελοῦς σφων ἐξουσίας* et *τὸ δὲ δὴ ἔργον αὐτῶν* (sc. *τοῦ βασιλέως τοῦ τε δικτάτορος*) *τῇ τοῦ αὐτοκράτορος προσηγορίᾳ βεβαιοῦνται.* Quod discrimen utriusque tituli quamquam Dio nos monuerat ne id neglegeremus, ideo saepe neglectum est, quod is titulus propter principis creationem decretus numero titulorum victoriae causa decretorum augebatur, sicut Dio indicabat II. 99. 11 (43, 44, 5)[68].

---

vertere utroque loco (lib. 43, 44 et 52, 41) Dionem fontem suum sequi desiisse et aliquid de suo addidisse. Non aliter res se habet II. 410. 7 (52. 40. 2), cf. adn. 65.

[68]) Rem ita per se claram esse puto. In alia commentatione, quam in lucem prodere mihi in animo est, probaturus sum hunc locum lib. 53, 17 fonte niti valde egregio, atque ea quae Dio postea in ipsa Historia narranda tradidit, hoc loco postponenda esse. Quam ob rem hoc loco plurimum tribuere velim. Mommsen *Staatsr.* 2[3], p. 794 (2[2], p. 770) aliique praenomini *Imperatoris* potestatem aliquam attribuerunt, sed praeterquam quod non omnes principes id praenomen gesserunt, hoc loco Dio, egregio iuris publici fonte nisus, de principis potestatibus agens, de illo praenomine silet atque titulum propter potestatem imperatoriam acceptum cum titulo propter victoriam decreto coniungit. Ceterum negare nolim posteriores, cum inde a Vespasiano principes hoc praenomen omnes gesserint, ipsum praenomen nonnunquam in hanc sententiam accepisse; sed hoc loco Dio rem tractavit, sicut initio principatus stricto iure se habuit. O. Th. Schulz, *Das Wesen des röm. Kaisertums der ersten zwei Jahrhunderte*, maxima ex parte cum Dione consentit: *Somit ergibt sich die vollständige Trennung des Namens und des Titels Imperator, und der „Kaiser" Augustus führt einerseits den Vornamen Imperator kraft seines ihm vom Senate bestätigten Erbrechtes; anderseits das gleiche Wort als Amtsbezeichnung verbunden mit der Iteration:*

αὐτοκράτωρ et substantive et adiective usurpatur. Singulos locos perlustrans **primum** de iis locis acturus sum, ubi vocabulo *αὐτοκράτωρ* is designatur, cui propter victoriam reportatam nomen imperatoris obtigit; **deinde** ubi vel nomine tamquam appellativo[69]) princeps *αὐτοκράτωρ* appellatur vel is designatur, qui cum imperio quodam maiore est[70]). *αὐτοκράτωρ*

αὐτοκράτωρ propter victoriam reportatam.

Appellatio *αὐτοκράτωρ* (imperator) propter victoriam reportatam accepta, cum variis verbis coniungitur: *τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα λαμβάνειν, ἔχειν, διδόναι, ἐπιφημίζειν, προστίθεσθαι, ἐπιτίθεσθαι, περιβάλλεσθαι. Αὐτοκράτορα καλεῖν, ἐπικαλεῖν, ὀνομάζειν, ἐπονομάζειν, προσαγορεύειν.*

Dio de hoc titulo egit s. a. 396 a. C. teste Zonara I. 72. 5—10 (lib. 7, 21, 4) *ὅτε τι κατωρθώθη μέγα καὶ ἐπινικίων ἐπάξιον, αὐτοκράτωρ αὐτίκα ὁ στρατηγὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὠνομάζετο, . . . καὶ εἰ ἔτυχε ψήφου παρά τε τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, ἐβεβαιοῦτο αὐτῷ καὶ ἡ ἐπωνυμία τοῦ αὐτοκράτορος.*

Iterum de hoc titulo mentio facta est anno demum 217 a. C.

---

denn wie bisher bleibt auch der althergebrachte Ehrentitel und -zuruf der Soldaten . . . im Gebrauch und wird mitgezählt. Sie ist lediglich Ehrung und kann selbstverständlich keine weiteren Rechte dem Manne verleihen, der ohnehin der Imperator, und das heißt Inhaber des Imperium . . . ist p. 15.

[69]) Cum iustum nomen Augusto successoribusque deesset (cf. Augustus ipse: *ἀρχὴν οὐδεμίαν παρὰ πάτρια ἔθη διδομένην ἀνεδεξάμην Mon. Anc.* 3, 17), mirum non est scriptores Graecos saepissime ad eos designandos voce *imperatoris* (*αὐτοκράτορος*) tamquam appellativa usos fuisse, praesertim cum ipsa creatio principi titulum *imperatoris* afferret.

[70]) De praenomine *Imperatoris* praeter locos supra citatos cogitare velim III. 161. 4 (66, 26, 3) Xiph. Domitianus *τήν τε ἐπίκλησιν καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλαβε*; quo loco nomen a potestate distinctum mihi videtur. Tum III. 297. 9 (72, 15, 5) Xiph., ubi nomen plenum Commodi commemoratur: *αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος* e. q. s. Postremo II. 560. 25 (57, 2, 1), ubi Dio ipse diversas significationes confudisse atque ad unum redegisse videtur: Tiberius post mortem Augusti *ἔς τε τὰ στρατόπεδα καὶ ἐς τὰ ἔθνη πάντα ὡς αὐτοκράτωρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς Νώλης ἐπέστειλε, μὴ λέγων αὐτοκράτωρ εἶναι· ψηφισθὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ὀνομάτων οὐκ ἐδέξατο, καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Αὐγούστου λαβὼν τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην οὐκ ἔθετο.* Tiberius *ὡς αὐτοκράτωρ εὐθὺς . . . ἐπέστειλε* id est: tamquam cum dignitate imperatoria esset (cf. Tac. *Ann.* 1, 7 *signum praetoriis cohortibus ut imperator dederat*), *μὴ λέγων αὐτοκράτωρ εἶναι,* nam saepius dixit se non imperatorem esse nisi adversus milites, cf. II. 565. 30 et II. 566. 5 (57, 8, 1 et 2). Verba autem *τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην οὐκ ἔθετο* ad *praenomen* Imperatoris referre ideo minus dubito, quod cum hereditate Auguti siungitur et eum id denegasse satis constat.

αὐτοκράτωρ I. 214. 4 (fragm. 57, 11, lib. 14) Max. Conf. Flor. ἵνα . . . αὐτοκράτωρ τε ὀνομασθῶ καὶ τὰ ἐπινίκια πέμψω[71]).

Praeterea de hac appellatione commemoratum est I. 416. 24 (37, 40, 2); II. 31. 2 (41, 51, 1); II. 98. 30 (43, 44, 2); II. 99. 13 (43, 44, 5); II. 196. 30 (46, 38, 1); II. 228. 13 (47, 25, 2); II. 342. 24 (50, 25, 2); II. 343. 28 (50, 27, 1); II. 376. 13 et 14 (51, 25, 2); II. 410. 24 et 25 (52, 41, 3); II. 435. 16 (53, 26, 4); II. 473. 14 (54, 33, 5); II. 484. 11 (55, 6, 4); II. 495. 18 (55, 10a, 7); II. 513. 1 (55, 28, 6); II. 531. 2 (56, 7, 1); II. 642. 2 (59, 22, 2); II. 670. 15 (60, 8, 7); II. 683. 8, cf. 10 (60, 21, 4, cf. 5); III. 100. 3 (63, 29, 5) Exc. Val. 259; III. 140. 5 (66, 7, 2) Xiph.; III. 156. 6 (66, 20, 3) Xiph.; III. 188. 21 (68, 2, 4) Xiph.; III. 207. 9 (68, 19, 3) Exc. U[G] 52; III. 216. 16 (68, 28, 2) Xiph.; III. 261. 18 (71, 10, 4) Xiph.; III. 273. 24 (71, 33, 4) Xiph.; III. 297. 13 (72, 15, 5) Xiph. Addi potest II. 267. 13 (48, 26, 5), nam Labienus morem Romanorum imitatur.

αὐτοκράτωρ qui cum imperio quodam maiore est.

Qui cum imperio quodam maiore sunt, eos a Dione αὐτοκράτορας dici, supra iam vidimus[72]). Ita in iure Romano a Dione αὐτοκράτορες ἄρχειν dicuntur domi imprimis princeps, militiae omnes qui imperium maius habentes suis auspiciis rem gerunt[73]). Prin-

[71]) Mommsen *Staastr.* 1³ p. 124, 5 (1² p. 122,5) putat primum hanc appellationem commemorari anno 209 a. C. (Liv. 27, 19, 4); Rosenberg apud Pauly-Wissowa *R. E.* 9. 1141, l. 29 s. v. *imperator* dubitat, num Livio fides sit habenda; Herzog *Röm. Staatsverf.* 1, 709, 2 existimat eam tunc iam a maioribus traditam fuisse *(etwas bereits Herkömmliches).* Hic Dionis locus (I. 214. 4) demonstrat Herzog recte vidisse. Quod autem Dio *imperatoris* appellationem cum Camilli triumpho coniunxisse videtur, inde pro certo effici non potest eum dicere voluisse Camillum ipsum iam a militibus imperatorem appellatum fuisse. Haud absurde enim conicias eum, cum de triumpho hic fusius ageret, expositioni suae addidisse id quod posterioribus demum temporibus cum eo coniunctum fuit, quod saepius factum esse vidimus p. 21.

[72]) Apud veteres eodem sensu Plato *Legg.* X, 875 B; Thuc. I, 126, 8.

[73]) Apud veteres Graecos usus vocis αὐτοκράτωρ latius patet quam apud scriptores Latinos usus vocabuli *imperatoris.* Dio igitur illos veteres sequens etiam eos, quorum potestas nihil ad rem militarem pertinebat, αὐτοκράτορας dixit, si saltem res non ad ius Romanum spectabat: I. 474. 16 (39, 14, 2) καὶ οἱ μὲν (senatus Romanus) τὸν Δίωνα τὸν τῆς πρεσβείας αὐτοκράτορα . . . μετεπέμψαντο. De legatione agitur, quam cives Alexandrini Romam miserunt, quo loco Xiphilinus vocabulum ἐξάρχων praetulit; apud veteres conferri possunt Andoc. 3, 6; Lys. 13, 9; Xen. *Hell.* 2, 2, 19; Aristoph. *Av.* 1595. Omnino non ad ius pertinet I. 274. 4 (fragm. 57, 77) Exc. Val. τὸ μὲν γὰρ προσταττόμενόν σφισι ὡς καὶ βίαιον δυσχεραίνουσιν, τὸ δ' αὐθαίρετον ὡς καὶ αὐτοκράτορες ἀγαπῶσιν, id est

ceps autem unus *nomine tamquam appellativo* a Dione αὐτοκράτωρ dicitur. Quam ob rem de iis locis primum agam, quibus de principe vocabulum αὐτοκράτωρ, de eius dignitate vocabula ἀρχὴ αὐτοκράτωρ usurpantur; tum ceteros locos tractabo, ubi στρατηγὸς αὐτοκράτωρ, εἶναι vel ἄρχειν αὐτοκράτορα, ἡγεμονία vel ἀρχὴ αὐτοκράτωρ invenitur; postremo de eo loco agam, qui est II. 436. 28 (53, 28, 2). αὐτοκράτωρ

a) De principe[74]).

Iam ante principatum constitutum, ubi de principe mentio fit, ille αὐτοκράτωρ dicitur velut sub anno 56 a. C.:

I. 494. 8 (39, 50, 4) Britannia πρότερόν τε ἐπ' Ἀγρικόλου ἀντιστρατήγου καὶ νῦν ἐπὶ Σεουήρου αὐτοκράτορος νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται.

II. 99. 4 et 8 (43, 44, 3 et 4); II. 202. 27 (46, 46, 4); II. 204. 11 (46, 47, 8); II. 355. 7 (51, 3, 7); II. 367. 24 (51, 17, 3); II. 371. 5 (51, 20, 7); II. 423. 36 (53, 14, 1); II. 424. 7 (53, 14, 3).

Principatu constituto hoc vocabulum saepissime invenitur, sed supervacaneum mihi videtur eos locos enumerare. Id tantum admonere velim saepius dici: αὐτοκράτορα ἀποδεικνύναι, αἱρεῖν, καθιστάναι, ἀποφαίνειν, ἐπικαλεῖν, ποιεῖν, γίγνεσθαι, εἶναι, apud Xiphilinum insuper αὐτοκράτορα ἀναγορεύειν, ὀνομάζειν, ἀνακαλεῖν[75]).

Principis dignitas Dioni saepius αὐταρχία, ἀρχή, ἡγεμονία, μοναρχία, nonnunquam αὐτοκράτωρ ἀρχή est; Xiphilino insuper ἡ τῆς αὐτοκρατορίας ἀρχή, ἡ αὐτοκρατορικὴ ἀρχή vel ἡ αὐτοκρατορία[76]) quae vocabula a veteribus non usurpata a Dione vitantur. αὐτοκράτωρ ἀρχή invenitur:

---

velut nullius imperii obnoxii; Boissevain cum hoc loco confert Liv. 13, 8, 6 et 14, 1 qui *voluntarios* eodem sensu dicit; eadem significatione apud veteres Xen. *Mem.* 2, 1, 21.

[74]) Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 846 (2[2] p. 816) „*Imperator ist allerdings der Princeps von Rechts wegen, und er wird, wo seine militärische Stellung hervorgehoben werden soll, durchaus und späterhin sogar allgemein, also prädicativ bezeichnet.*“ Dio quoque appellationem αὐτοκράτωρ in re militari praecipue suo loco esse putat II. 565. 30 (57, 8, 2) Tiberius οὔτε γὰρ δεσπότην ἑαυτὸν τοῖς ἐλευθέροις οὔτε αὐτοκράτορα πλὴν τοῖς στρατιώταις καλεῖν ἐφίει. Cf. II. 566. 5 (57, 8, 2) eius dictum δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ δὴ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι, et II. 136. 25 (44, 48, 3).

[75]) Dio ipse αὐτοκράτορα ὀνομάζειν ἀνακαλεῖν tantum de eo dicit, qui propter victoriam reportatam *imperator* appellatur.

[76]) Τῷ δὲ Τραϊανῷ ἡ τῆς αὐτοκρατορίας ἀρχὴ προσερρέθη. III. 178. 10 (67, 12, 1) Xiph. ἡ αὐτοκρατορία III. 243. 16 (70, 2, 1) Xiph.; ἡ αὐτοκρατορικὴ ἀρχή III. 88. 33 (63, 25, 2) Xiph., sed paulo supra vs. 20 ἡ αὐτοκράτωρ ἀρχή. Ceterum de his vocabulis Xiphilini propriis egi in libello meo: *De Sermone Dioneo*, cf. adn. 3.

αὐτοκράτωρ II. 258. 25 (48, 15, 4) *ὁ Τιβέριος οὗτος ... τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν αὐτοῦ* (Octaviani) *διεδέξατο.*

II. 564. 19 (57, 6, 2).

II. 578. 5 (57, 18, 1) Xiph. et Exc. Val. *τὴν αὐτοκράτορα λαβεῖν ἀρχήν* Zonaras autem *τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοκράτορα.*

II. 663. 15 (60, 2, 1) Xiph. *τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε,* Zonaras autem *τῆς αὐτοκρατοῦς ἀρχῆς ἔτυχεν.*

II. 682. 4 (60, 20, 3).

III. 63. 2 (62, 27, 2) Exc. Val.[77]).

III. 88. 20 (63, 25, 1) Xiph.

III. 96. 16 (63, 29, 1) Xiph. *τὰ τῇ αὐτοκράτορι ἀρχῇ προσήκοντα,* Zonaras *τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα.*

III. 129. 26 (65, 16, 6) Xiph. *αὐτὸν* (Vitellium) *ἐκερτόμουν, καὶ μάλιστα ὁπότε τὸ ξίφος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὤρεγεν ὡς καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν δι αὐτοῦ ἀποτεθειμένος,* cf. Tac. *Hist.* 3, 68 *assistenti consuli ... exsolutum a latere pugionem, velut ius necis vitaeque civium, reddebat.*

III. 304. 15 (72, 23, 1) Xiph.

III. 428. 11 (78, 14, 4).

ἡ αὐτοκράτωρ ἡγεμονία II. 454. 12 (54. 12. 5), imperium principis cf. p. 154.

b) De ceteris qui cum imperio maiore sunt.

στρατηγὸς αὐτοκράτωρ (*αὐτοκράτορα εἶναι, αὐτοκράτορα ἄρχειν*)[78])
αὐτοκράτωρ ἡγεμονία (*ἀρχή*).

I. 64. 5 Zonaras (lib. 7, 18, 2) *τάς τε ἄλλας ἀρχὰς καὶ τὰς τῶν δημάρχων κατέλυσαν, καὶ ἄνδρας ὀκτὼ ἐκ τῶν πρώτων ἀνθείλοντο, καὶ Ἄππιον Κλαύδιον Τίτον τε Γενούκιον ἀπέδειξαν κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον στρατηγοὺς αὐτοκράτορας.* Voces *στρατηγοὺς αὐτοκράτορας* ex Dione sumptas esse veri simile est. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 720, 3 (2^2 p. 699,3) recte ex hoc loco collegit fuisse qui putarent Xviros collegas impares fuisse, fere ita ut postea factum est, cum duo consules octo praetores crearentur.

I. 371. 30 (36, 23, 4) *Αὖλος τις Γαβίνιος δήμαρχος γνώμην ἔδωκεν ... στρατηγὸν ἕνα αὐτοκράτορα ἐφ' ἅπαντας αὐτοὺς* (pi-

---

77) III. 24. 1 (61, 5, 1) Exc. Val *ἡ αὐτοκράτωρ ἰσχύς,* Xiphilinus autem *ἡ αὐτοκρατορικὴ ἰσχύς.* Ubi Dio vocabulo *ἰσχύς* utitur, Latine vocem *potentiae* dicere possis.

78) Apud veteres *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ* Thuc. 6, 8, 2; *αὐτοκράτορας εἶναι* Thuc. 6, 26, 1.

ratas) *ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἑλέσθαι*[79]). Lege Gabinia imperium *αὐτοκράτωρ* infinitum extraordinarium *aequum in omnibus provinciis cum proconsulibus usque ad quinquagesimum miliarium a mari* (Vell. 2, 31, 2) constitutum est, quod imperium uni viro mandaretur: *στρατηγὸν ἕνα αὐτοκράτορα ἑλέσθαι.* De re cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 654 (2^2 p. 635).

I. 512. 8 (40, 18, 3) *σημεῖον δέ τι* (vexillum) *τῶν μεγάλων, τῶν τοῖς ἱστίοις ἐοικότων καὶ φοινικᾶ γράμματα ἐπ' αὐτῆς πρὸς δήλωσιν τοῦ τε στρατοῦ καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφων τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων, ἐς τὸν ποταμὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας περιτραπὲν ἐνέπεσε* (*ἐπ' αὐτῆς* corruptum). Ex hoc loco colligi potest vexilla magna nomen eius habuisse, *qui suis auspiciis bellum gerebat.*

II. 375. 25 (51, 24, 4) *καὶ τόν γε βασιλέα αὐτῶν Δέλδωνα αὐτὸς ὁ Κράσσος ἀπέκτεινε· κἂν τὰ σκῦλα αὐτοῦ τῷ Φερετρίῳ Διὶ ὡς καὶ ὀπῖμα ἀνέθηκεν, εἴπερ αὐτοκράτωρ στρατηγὸς ἐγεγόνει.* M. Licinius Crassus (*Pros. Imp. Rom.* 2 p. 275 n. 126), anno ante (30 a. C.) consul, hoc anno pro consule, attamen legatus Octaviani[80]) in Macedoniam missus erat. Itaque Crassum pro consule tamen imperium quodammodo minus habuisse neque suis auspiciis bellum gessisse ex hoc quoque loco apparet[81]).

Huc pertinet I. 176. 14 Zonaras (lib. 8, 18, 7) *Οὔαρος δὲ ἐπὶ Κύρνον ὁρμήσας ... Κλαύδιόν τινα Κλινέαν σὺν δυνάμει προέπεμψε. κἀκεῖνος ... ὡς αὐτοκράτωρ τυγχάνων ἐσπείσατο. Οὔαρος δὲ τῶν συνθηκῶν μὴ φροντίσας ἐπολέμησε τοῖς Κυρνίοις, ἕως αὐτοὺς ἐχειρώσατο. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὸ παρασπόνδημα ἀποπροσποιούμενοι ἔπεμψαν αὐτοῖς ἐκδιδόντες τὸν Κλαύδιον· ὡς δ' οὐκ ἐδέχθη, ἐξήλασαν αὐτόν.* Quod ad rem, conferatur Dio fragm. 45 Exc. Val. 29. Qui suis auspiciis bellum gerit, ius habet paciscendi pro re publica[82]). C. Licinius Varus, consul huius anni 236 a. C. in Corsicam contendens Claudium quendam praemisit; si quis autem vicarium in locum suum substituit, is vicarius eandem potestatem habet atque is qui eum constituit[83]); iure igitur Claudius *ὡς αὐτοκράτωρ τυγχάνων ἐσπείσατο*; sed cum id foedus

[79]) Quod ad verba cf. Thuc. 6, 72, 5 *τούς τε στρατηγοὺς καὶ ὀλίγους καὶ αὐτοκράτορας χρῆναι ἑλέσθαι.*

[80]) De dignitate eorum qui his temporibus provinciis praeerant cf. L. Ganter *Die Provinzialverwaltung der Triumvirn* (diss. Straßburg 1892).

[81]) Triumphum igitur, non titulum *imperatoris* accepit: Dio II. 376. 11—13 (51, 25, 2). De re cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 125, 5 (1^2 p. 123, 3).

[82]) Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 247 (1^2 p. 237).

[83]) Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 684, 2 (1^2 p. 658, 5).

αὐτοκράτωρ non ratum haberetur, Claudius deditus, et cum non acciperetur, e civitate Romana eiectus est[84]).

II. 278. 25 (48, 41, 5) *καὶ αὐτὸς μὲν* (P. Ventidius Bassus, legatus Antonii) *οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς* (propter res a se gestas) *παρὰ τῆς βουλῆς, ἅτε οὐκ αὐτοκράτωρ ὢν ἀλλ' ἑτέρῳ ὑποστρατηγῶν, εὕρετο, ὁ δὲ Ἀντώνιος καὶ ἐπαίνους καὶ ἱερομηνίας ἔλαβεν*, id est quia non suis sed alienis auspiciis rem gerebat. Ventidius autem postea, fortasse Antonio invito, a senatu triumphum accepit, cf. II. 306. 16 (49, 21, 2)[85]).

Duces Pompeianos qui Pompeio mortuo in bello contra Caesarem perseverant, isdem appellationibus appellari manifestum est:

II. 90. 15 (43, 30, 20) *οἱ περὶ τὸν Σκαπούλαν . . . στρατηγὸν αὐτοκράτορα αὐτὸν* (Cn. Pompeium Cn. f.) *ἑλόμενοι.* Cf. *Bellum Hispan.* 42, 6 *fasces imperiumque sibi arripuit.*

II. 70. 15 (42, 57, 4) *τῶν δὲ ἄλλων ὁ Σκιπίων αὐτοκράτωρ ἦρχε*[86]).

I. 21. 3 Zonaras (lib. 7, 8, 7) *ἡ δὲ ἦν* (sc. *ἡ στολή*, quam Tarquinius Priscus sumpsit) *ἱμάτιον καὶ χιτὼν ὁλοπόρφυρα καὶ χρυσόπαστα, στέφανός τε λίθων χρυσοδέτων καὶ σκῆπτρον δίφρος τε ἐλεφάντινα, οἷς καὶ οἱ μετὰ ταῦτα οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ τὴν αὐτοκράτορα ἔχοντες ἡγεμονίαν ἐχρήσαντο* id est quibus postea usi sunt et ceteri reges et qui *τὴν αὐτοκράτορα ἡγεμονίαν* habebant. Omnia haec insignia quae enumerantur, toga picta, tunica palmata, corona triumphalis, scipio eburneus, sella eburnea praeter reges tantum iis qui triumphum agunt, attributa esse videntur[87]), sed iis qui *αὐτοκράτορες ἄρχειν* dicuntur vel hoc vel illud insigne deest sicut consulibus principibusque scipio eburneus defuisse videtur[88]). Dionem autem hoc loco de insignibus agentem

---

[84]) Exempla deditionis enumerantur a Mommseno *Staatsr.* I³ p. 255, 2 (I² p. 244, 3).

[85]) Legatis, initio iure triumphi carentibus, paulo ante Caesaris mortem triumphare permissum erat idque ius usque ad principium anni 26 a. C. iis permansit, Mommsen *Staatsr.* I³ p. 130, 4 et p. 131, 2 (I² p. 127, 2 et 5). Ex numero legatorum, qui hoc intervallo triumphaverunt, a Dione praeter Ventidium commemorantur Cn. Domitius Calvinus II. 279. 17 (48, 42, 4), C. Carrinas qui simul cum Octaviano triumphum egisse dicitur II. 372. 6—9 (51, 21, 6), M. Licinius Crassus II. 376. 11 (51, 25, 2), cui titulus imperatoris negabatur quippe qui non suis auspiciis rem gessisset II. 375. 25 (51, 24, 4); cf. Mommsen *Staatsr.* I³ p. 125, 5 (I² p. 123, 3).

[86]) Extra ius Romanum *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ* a Tarentinis I. 119. 10 Zonaras (lib. 8, 2, 6), a Carthaginiensibus I. 267. 4 Zonaras (lib. 9, 13, 10) creatus esse dicitur; cf. App. *Lib.* 31 (p. 218, 21), ubi eadem vocabula inveniuntur.

[87]) Mommsen, *Staatsr.* I³ p. 424, 6 (I² p. 410, 1) Dionem in numero eorum posuit, qui regis insignia ad triumphatoris insignia sibi finxissent.

[88]) Cf. Mommsen *Staatsr.* I³ p. 425, 2 (I² p. 410, 3).

non facile erravisse liquet. Itaque Zonaram vel Dionis verba non recte interpretatum esse vel potius Dionis verba contrahentem paulum mutavisse, Dionem ipsum autem omnia haec insignia tantum triumphatoribus attribuentem etiam de singulis cuiusque magistratus insignibus hoc loco mentionem fecisse veri simile mihi videtur. *αὐτοκράτωρ*

I. 277. 17[89]) fragm. 57, 81 Par. 4 L. Furius praetor *τῶν ἐπινικίων τυχεῖν ἠξίου· λόγων τε ἐπ' ἀμφότερα πολλῶν γενομένων (οἱ μὲν γὰρ . . . οἱ δὲ τῇ τε τοῦ ὑπάτου ἰσχύϊ ἠγωνίσθαι αὐτὸν ἔλεγον, μηδεμίαν ἰδίαν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντα, καὶ προσέτι καὶ λόγον παρ' αὐτοῦ ἀπήτουν ὅτι τὰ προσταχθέντα οὐκ ἐπεποιήκει) ὅμως ἔλαβεν αὐτά.* Adversarii contenderunt L. Furium praetorem potentia quae iure consulis esset sibi assumpta[90]) certavisse, nulla autem cum potestate fuisse, qua suis auspiciis rem gerere ipsi liceret (*μηδεμίαν ἰδίαν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντα*); itaque etiam rationem ab eo poposcerunt, quod consulis mandata non exsecutus esset. De eadem re apud Livium conferri potest lib. 31, cap. 11; 21; 22; 47 et 48; lib. 31, 48, 2: *maiores natu negabant triumphum et quod alieno exercitu rem gessisset*, cet.

I. 379. 10 (36, 36, 3) *ἐπ' αὐτοκράτορός τινος ἡγεμονίας.* De hoc loco egi p. 94 sq.

I. 518. 3 (40, 28, 2) *οὗτος γὰρ* (Cassius) *ἐν μὲν ταῖς Κάρραις τῶν τε στρατιωτῶν τὴν αὐτοκράτορα αὐτῶν ἡγεμονίαν μίσει τοῦ Κράσσου διδόντων, καὶ προσέτι καὶ [παρ'] αὐτοῦ ἐκείνου ἐθελοντὶ διὰ τὸ τῆς συμφορᾶς μέγεθος ἐπιτρέποντος, οὐκ ἐδέξατο, τότε δὲ* (post mortem Crassi) *καὶ ἀνάγκῃ τῆς Συρίας ἔν τε τῷ παρόντι καὶ μετὰ ταῦτα προέστη.* Milites summum sui imperium (vocabula *ἡγεμονία* hoc loco imperium militum designatur, cf. p. 70), quod iure Crassi erat, Cassio obtulerunt; Cassius autem imperium non iure acceptum negavit, sed postea necessitate coactus provinciae Syriae praeerat[91]).

II. 372. 9 (51, 21, 6) *καὶ διὰ ταῦτα* (propter victoriam reportatam) *ἤγαγε μὲν καὶ ἐκεῖνος* (C. Carrinas qui exercitui praefuerat) *τὰ νικητήρια . . . ἤγαγε δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ, ἐπειδὴ ἡ ἀναφορὰ τῆς νίκης τῇ αὐτοκράτορι αὐτοῦ ἀρχῇ προσήκουσα ἦν.* Cum hoc anno (29 a. C.)

---

[89]) Extra ius Romanum I. 161. 8 Zonaras (lib. 8, 13, 6) *οὗτος* (Xanthippus) *τὴν αὐτοκράτορα τῶν Καρχηδονίων ἀρχὴν εἰληφώς . . .*

[90]) *ἰσχύς* a Dione saepe (fortasse semper) *ea potentia* dicitur, quam quis non secundum leges neque more maiorum exercere existimatur.

[91]) *προΐστασθαι* a Dione saepius is dicitur, qui potestatem quidem possidet, sed munere legitimo non fungitur, cf. p. 25. Quod ad rem cf. Mommsen *Staatsr.* 1³ p. 693, 3 (1² p. 667, 3).

αὐτοκράτωρ principatus nondum constitutus esset, vocabulis *τῇ αὐτοκράτορι αὐτοῦ ἀρχῇ* hoc loco ea potestas designatur, quam Octavianus his annis solus retinuerat.

II. 484. 14 (55, 6, 5) *ὁ δ' οὖν Αὔγουστος . . . τοῖς στρατιώταις ἀργύριον, οὐχ ὡς καὶ κεκρατηκόσι, καίτοι τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα καὶ αὐτὸς λαβὼν καὶ τῷ Τιβερίῳ δούς, . . . ἐχαρίσατο, τὸν δ' οὖν Τιβέριον ἐς τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχὴν ἀντὶ τοῦ Δρούσου προαγαγὼν τῇ τε ἐπικλήσει ἐκείνῃ ἐγαύρωσε καὶ ὕπατον αὖθις ἀπέδειξε . . . καὶ προσέτι καὶ τοῖς ἐπινικίοις ἐσέμνυνεν.* Hoc loco *τὸ ὄνομα* (*ἡ ἐπίκλησις*) *τοῦ αὐτοκράτορος* (quae appellatio propter victoriam reportatam dari solet) ab ea potestate discernendum est, quae *ἡ τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχή*[92]) dicitur, quae potestas Tiberio attributa esse dicitur iam antequam ea appellatione propter victoriam decreta ornatus est (quod ex ordine verborum colligere velim *προαγαγών . . . ἐγαύρωσε*). Sed quaeritur quae potestas hoc loco significetur; cum Tiberius Drusi loco hanc potestatem acceperit, Drusus autem *τῇ τοῦ ἀνθυπάτου ἐξουσίᾳ, ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ, χρήσασθαι ἔλαβε* II. 473. 13 (54, 33, 5) vix dubium esse potest, quin *τῇ τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχῇ* *potestas proconsularis minor* designetur. Itaque si Dio rem recte narravit, quod veri simillimum est, prope pro certo affirmari potest Tiberium extremo anno 9 a. C. vel initio anni 8 a. C. eam *potestatem proconsularem* accepisse[93]). *Pros. Imp. Rom.* 2, p. 182 n. 150, Gelzer apud Pauly-Wissowa *R. E.* X p. 484 s. v., ceterique[94]) de hac Tiberii potestate proconsulari silent; Gelzer non recte interpretari mihi videtur Val. Max. 5, 5, 3 *ut imperator salutaretur*. Drusus enim ipse potestate proconsulari ornatus hunc suum honoris locum fratri concedi vult, quod verbis sequentibus confirmatur *et consulare et imperatorium nomen obtinere* ⟨eum⟩ *voluit*. *Imp. iterum* quod dicitur Tiberius Dessau *Ins. Lat. Sel.* 95 Dioni non

---

[92]) Quod *ἡ τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχή* hoc uno loco invenitur, nullius momenti habendum est; hoc loco enim *ἡ τοῦ αὐτοκράτορος ἀρχή* atque *ἡ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα* inter se opponuntur. Quod ad ceteras appellationes cf. adn. 59.

[93]) Quod ad II. 473. 29 (54, 34, 3) *ὥστε* (Tiberium) *καὶ τῶν ἄθλων* (Bekk.; codd. *ἄλλων*) *τῶν αὐτῶν τῷ Δρούσῳ τυχεῖν*, verba *τὰ ἆθλα* tantum ad ornamenta triumphalia ovationemque spectant, non ad illam potestatem proconsularem, quam Drusus anno sequenti, *ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ*, accepturus erat quamque Tiberius postea demum Druso succedens (*ἀντὶ τοῦ Δρούσου*) accepit. Ceterum ipsa significatio vocis *ἆθλον* impedimento esse mihi videtur, ne in horum praemiorum numero potestatem quoque illam proconsularem ponamus.

[94]) Mommsen certe *Staatsr.* 2^3 p. 1152, 1 (2^2 p. 1095, 2) suspicatur Tiberium anno 9 a. C. tale imperium proconsulare accepisse.

impugnat, immo favet: non enim mirum aeque ac principis proconsulari potestate etiam hac minore potestate proconsulari numerum titulorum propter victoriam decretorum augeri[95]); qui autem solo ex hoc titulo colligunt Tiberio anno 7 a. C. iam duas acclamationes imperatorias ab Augusto concessas esse, eos impugnare iam omitti potest[96]). Insuper haec Dionis interpretatio eo confirmatur, quod Tiberius non multo post (extremo anno 8 a. C.)[97]) triumpho iusto et appellatione imperatoria propter victoriam decreta ornatus est, ad quos honores accipiendos potestas proconsularis inde ab anno 26 a. C. necesse erat (Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 126, 1; 1^2 p. 123,4)[98]). Huc accedit, quod paucis annis post, a. 6 a. C., Tiberio potestas tribunicia in quinquennium mandata est (II. 487. 14, lib. 55, 9, 4), quae potestas iis modo mandari solebat, qui hanc proconsularem potestatem minorem iam possidebant (Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1152, 1; 2^2 p. 1095, 2). αὐτοκράτωρ

---

[95]) Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1155. 2 (2^2 p. 1097, 3) exemplo Germanici nisus id negat. At nusquam traditum est Germanicum iam Augusto vivo ornatum esse hoc titulo propter victoriam decreto; neque veri simile est Germanico, quippe cui potestas proconsularis nondum data esset (cf. adn. 59), iam tunc hunc titulum decretum esse. Itaque Mommsen *Mon. Ancyr.*^{2} p. 17 erravisse videtur. Schulz, *Das Wesen des röm. Kaisertums* p. 61 adn. 135 putat eum qui cum imperio proconsulari minore est, ex iure *imperatorem* non appellatum esse; ei tituli autem, ad quos provocat, id probare mihi non videntur.

[96]) Quod Eusebius (cf. Mommsen *Mon. Anc.*^{2} p. 14) *Τιβέριος καταπολεμήσας Γερμάνους αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη* habet (Vers. Arm. ed. Jos. Karst *Tiberius ward Germanos Imperator genannt*), ea verba ad potestatem proconsularem referre velim; quod ad verba, cf. apud Xiphilinum III. 86. 29 (63, 23, 1); III. 115. 4 (65, 1, 1); III. 222. 16 (69, 2, 1) et al.

[97]) II. 484. 15 (55, 6, 5) *τὸν δ' οὖν Τιβέριον . . . τῇ τε ἐπικλήσει ἐκείνῃ ἐγαύρωσε* (aestate anni 8 a. C. exacta) *καὶ ὕπατον αὖθις ἀπέδειξε* (sc. in annum 7 a. C.) . . . . *καὶ τοῖς ἐπινικίοις ἐσέμνυνεν.*

[98]) Non recte plerique (cf. Diehl *Res Gest. Divi Augusti* V 44—47, *kleine Texte für Vorles. u. Üb.* 29/30 p. 39 et 40 et Gelzer apud Pauly-Wissowa loco supra citato) hos honores Tiberio iam antea attribuerunt; re vera Tiberius tantum ornamenta triumphalia ovationemque acceperat, numquam iusto triumpho tituloque imperatoris ornatus erat; Dionem has res recte diligenterque tractavisse apparet. Druso quoque, quoad potestatem proconsularem nondum obtinebat, titulus imperatoris a militibus ei datus (triumphusque) denegatus est ab Augusto (lib 54, 33, 5), ornamenta triumphalia atque ovatio concessa sunt; sed potestate proconsulari accepta triumphus ei decernitur (II. 481. 6, lib. 55, 2, 5), triumpho autem nondum acto ipse moritur, cf. *Pros. Imp. Rom.* 1, p. 365 n. 689. Quod Drusus Dessau *Ins. Lat. Sel.* 147 *imperator* dicitur, nescio an id propter eius potestatem proconsularem factum sit, quippe cum Drusum imperatoris titulo acclamatorio ornatum esse nusquam appareat. Verba Taciti *ann.* 1, 3 ad potestatem proconsularem spectare mihi videntur.

αὐτοκράτωρ II. 436. 28 (53, 28, 2)[99]) senatores gratiae referendae causa *πάσης αὐτὸν* (Augustum) *τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀπήλλαξαν, ἵν', ὥσπερ εἴρηταί μοι, καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων πάντα τε ὅσα βούλοιτο ποιοίη καὶ πάνθ' ὅσα ἀβουλοίη μὴ πράττῃ.* Vocabula *καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων*[100]) ita interpretari velim, ut princeps *re vera neque suis ipsius constitutionibus neque legibus teneri* dicatur. Hoc loco alterum vocabulum alterum supplet atque interpretatur; sed patet Dionem hoc loco voces Latinas *legibus solvendi* non recte interpretatum rem ipsam non clare exposuisse neque principatum temporum Augusti a principatu suae ipsius aetatis satis discrevisse, neque principatum ex iure constitutum ab principatu, ut re vera exercebatur, satis distinxisse[101]).

Αὐτοτελής.

Vocabulum *αὐτοτελής* quod fere idem valere atque *αὐτοκράτωρ* ex ipsis verbis patet, minus usitatum est; isque usus magna ex parte pendet ex locis veterum, qui Dioni praesto erant, neque ad certam aliquam potestatem rei Romanae spectat. Ceterum non mirum Dionem hoc vocabulo nonnunquam usum esse ad vocabulum *αὐτοκράτωρ* interpretandum vel supplendum, II. 98. 30 (43, 44, 2); II. 427. 17 (53, 17, 4); II. 436. 27 (53, 28, 2). Nonnullis autem locis vox *αὐτοτελής* vocabulo *αὐτοκράτωρ* quodammodo opponitur vel certe alterum ab altero discernendum est; neque ab ipsa vi utriusque vocabuli alienum est eum qui *αὐτοτελής* dicitur (sc. *ὃς τελεῖ αὐτός*, qui suo nomine exsequitur, qui libera potestate exsequendi utitur) inferiorem putandum

---

[99]) Xiphilinus res ad ius publicum pertinentes, etiamsi non omnino omisit, tamen in brevius contrahere atque mutare solet (cf. adn. 6): *πάσης τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀνήλλαξεν ὑπὸ δόγματι, ἵν' ὡς αὐτοκράτωρ τῶν νόμων αὐτῶν, πανθ' ὅσα βούλοιτο ποιοίη καὶ μὴ ποιοίη, ὅσα μὴ βούλοιτο.*

[100]) Quod ad verba cf. Thuc 3, 62, 4 *ἡ ξύμπασα πόλις οὐκ αὐτοκράτωρ οὖσα ἑαυτῆς*, Thuc. 3, 64, 1 *τῆς τε οἰκείας γνώμης ὁμοίως αὐτοκράτωρ εἶναι καὶ ἧς οὐκ ἄρχω τύχης.*

[101]) Dio II. 428. 14 (53, 18, 2) egregio fonte nisus, ut postea in alia commentatione probaturus sum, plerasque potestates principum tractans verba *λέλυνται τῶν νόμων* quodammodo recte interpretatur: *τοῦτ' ἔστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεώς εἰσι καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται.* Sed hoc quoque loco Dio iam perperam addidit: *ἀφ' οὗπερ καὶ μόνον καὶ ἐκεῖνα ἂν καὶ τἆλλα αὐτοῖς πράττειν ἐξῆν.* Breviter atque recte in *Ind.* libri 53: *ὡς Αὔγουστος ἀφείθη τῆς ἀνάγκης τοῦ τοῖς νόμους πείθεσθαι.*

esse eo, qui *αὐτοκράτωρ* dicitur (sc. *ὃς κρατεῖ αὐτός* qui cum libera potestate imperandi est). Sed iam iis locis exceptis, qui ad vocabulum *αὐτοκράτωρ* interpretandum pertinent, ceteros eo ordine quo apud Dionem inveniuntur, perlustremus[102]). *αὐτοτελής*

I. 378. 32 (36, 36, 1) Gabinius rogationem tulerat (lib. 36, 23, 4) *στρατηγὸν ἕνα αὐτοκράτορα ἐφ' ἅπαντας αὐτοὺς* (sc. piratas)... *ἑλέσθαι, τρισί τε ἔτεσιν ἄρξοντα καὶ δυνάμει παμπληθεῖ μεθ' ὑποστρατήγων πολλῶν χρησόμενον.* Catulus hanc rogationem impugnans omnium primum improbat, quod uni eidemque tot tantaque deinceps imperia mandarentur (cap. 31 et 32), deinde quod novum atque extraordinarium imperium idque in triennium constitueretur (cap. 33 et 34); tum monens *ὅτι οὐδὲ οἷόν τέ ἐστιν ἕνα ἄνδρα πάσης τῆς θαλάσσης ἐπάρξαι καὶ πάντα τὸν πόλεμον τοῦτον ὀρθῶς διοικῆσαι*, paulo post *πολλοὺς μὲν δή*, inquit, *στρατηγοὺς ἐπιστῆναι δεῖ τοῖς πράγμασιν* (cap. 35, 2 et 3). Quem unum imperatorem si quis dicit *πάντως που καὶ ναυάρχους καὶ ὑπάρχους πολλούς* habiturum esse, rogat *τί κωλύει τούτους αὖ τοὺς ὑπάρξειν μέλλοντας καὶ προχειρισθῆναι ὑφ' ὑμῶν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο* (sc. *ἐπὶ τὸ ὑπάρξειν*) *καὶ τὴν ἡγεμονίαν παρ' ὑμῶν αὐτοτελῆ λαβεῖν*; id est quid obstat, quin ei qui huic *στρατηγῷ ἑνὶ αὐτοκράτορι* legati erunt, a vobis ad eam rem creentur et ita imperium quoddam a vobis accipientes (*τὴν ἡγεμονίαν ... αὐτοτελῆ*)[103]) suo ipsorum nomine bellum gerant? Vox *αὐτοτελής* igitur hoc loco vim suam (*ὃς τελεῖ αὐτός*) retinet. De iis quae sequuntur, egi ad vocem *ὕπαρχος* p. 94.

II. 50. 3 (42, 20, 2) Romani *ὅμως δ' οὖν αὐτῷ* (Caesari) (*πολῖταί τε γὰρ καὶ αὐτοτελεῖς ἔτι δοκεῖν εἶναι ἤθελον*) *ταῦτά τε οὕτως ἐψηφίσαντο καὶ τἆλλα πάντα ⟨ἃ⟩ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἔχειν ἐδύνατο.* Volebant adhuc videri cives esse et ipsi libere ad suum arbitrium agere.

---

[102]) Extra ius publicum III. 23. 7 (61, 4, 2) Xiph. *ψυχὴ νέα τε καὶ αὐθάδης ἔν τε τρυφῇ ἀνεπιπλήκτῳ καὶ ἐν ἐξουσίᾳ αὐτοτελεῖ τραφεῖσα* (animus puerilis cui licebat libere ad suum arbitrium agere, quod vellet). Quod ad verba cf. Plato *legg.* III 695 B.

[103]) Catulus praecipue id agens, ut hi legati a populo creentur, nondum impugnat, quod summo duci imperium quoddam maius sit (*προχειρισθῆναι ἐπ' αὐτὸ τοῦτο* sc. *ἐπὶ τὸ ὑπάρξειν*), sed suadet, ut hi legati imperia sua non a summo duce accipiant sed suo ipsorum nomine bellum gerant: *ἰδίαν ἕκαστος αὐτῶν μερίδα πεπιστευμένος καὶ ἐς μηδένα ἕτερον τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἀμέλειαν ἀνενεγκεῖν δυνάμενος ... αὐτοκρατεῖς ὄντες καὶ τὴν δόξαν ὧν ἂν ἐργάσωνται αὐτοὶ κτησόμενοι*, quibus opponitur: *ἄλλῳ τῳ ὑποκείμενον ... μέλλοντα μὴ ἑαυτῷ ἀλλ' ἑτέρῳ κρατήσειν.* Non mirum Dionem tale imperium, quod non facile definiri potest, *ἡγεμονίαν αὐτοτελῆ* dixisse; eandem potestatem etiam voce *αὐτοκρατής*, nisi hoc loco apud Dionem non obvia, significare conatur. Quod ad vocabulum *αὐτοκρατής* cf. Plato *Tim.* 91 B. Zonaras *ἡ αὐτοκρατὴς ἀρχή* pro Xiphilineo *ἡ αὐτοκράτωρ ἀρχή* II. 663. 15 (60, 2, 1).

αὐτοτελής II. 394. 16 (52, 22, 1) Maecenas Augusto suadet ut imperium Romanum dividat in partes *ὅσας* (*ὅσα*? Boissevain) *γε καὶ αὔταρκές ἐστιν ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς αὐτοτελοῦς ἄρχεσθαι*. Ex ipsis verbis *ἀνὴρ αὐτοτελής* apparet Maecenatem censuisse his praesidibus magnam potestatem attribuendam esse. Ceterum cum qui toto Imperio Romano praeest *αὐτοκράτωρ* saepissime dicatur, ex hoc quoque loco apparet eum qui *αὐτοτελής* audit, inferiorem putandum esse quam qui *αὐτοκράτωρ* dicitur.

II. 403. 14 (52, 33, 1) Maecenas in oratione sua: *μήτε γὰρ αὐτόδικος μήτ' αὐτοτελὴς οὕτω τις τὸ παράπαν ἔστω ὥστε μὴ οὐκ ἐφέσιμον ἀπ' αὐτοῦ δίκην γίγνεσθαι*[104]).

II. 637. 21 (59, 18, 2) *καί τινα καὶ ἐκείνη* (senatus) *καθ' ἑαυτὴν ἔκρινεν· οὐ μέντοι καὶ αὐτοτελὴς ἦν, ἀλλ' ἐφέσιμοι δίκαι ἀπ' αὐτῆς συχναὶ ἐγίγνοντο.*

III. 124. 4 (65, 9, 4) Xiph. *οἱ δ' ἐν τῇ Μυσίᾳ στρατιῶται . . . Ἀντώνιον Πρῖμον . . . τοῦ Παννονικοῦ στρατοπέδου ἄρχοντα, εἵλοντο στρατηγόν. καὶ ἔσχεν οὗτος τὴν αὐτοτελῆ ἀρχὴν μήθ' ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος μήθ' ὑπὸ τῆς γερουσίας αἱρεθείς.* Collato Tacito (*Hist.* 3, 11) dubitare non possumus, quin Xiphilinus narrationem Dioneam magnopere contraxerit; quamquam igitur hoc loco verba Xiphilinea non temere Dioni attribuenda sunt, tamen verba *αὐτοτελὴς ἀρχή* a Xiphilino aliena ex Dione ipso sumpta esse videntur. M. Antonius Primus (*Pros. Imp. Rom.* 1, p. 103 n. 688) legatus legionis VII quae cum legione XIII in Pannonia collocata erat, Vespasiani partes sequebatur. *Digressu consularium* (Tampii Flaviani legati Pannoniae et Aponii Saturnini legati Moesiae) *uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum* (et Pannoniae et Moesiae) *fuit, cedentibus collegis* (ceteris legatis legionum) *et obversis militum studiis* (Tac. *Hist.* 3, 11). Itaque Antonius neque a principe neque a senatu constitutus quinque legionibus praeerat; atque eius dignitas, praesertim cum suo nomine ageret, apte *αὐτοτελὴς ἀρχή* dicebatur, cum *ἀρχή αὐτοκράτωρ* dignitati ipsius principis reservaretur.

III. 413. 26 (78, 11, 4) Caracalla mortuo antequam Macrinus principatum iniit, *ἄναρκτα παντελῶς τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀπ' αὐτοτελοῦς*

---

104) Thuc. 5, 18, 2 *τὸ δ' ἱερὸν καὶ τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Δελφοὺς αὐτονόμους εἶναι καὶ αὐτοτελεῖς καὶ αὐτοδίκους καὶ αὐτῶν καὶ τῆς γῆς τῆς ἑαυτῶν κατὰ τὰ πάτρια.* Sed aliter ac nostro loco *αὐτοτελεῖς* Thucydidi sunt *qui ipsi tributa constituunt neque cuiquam stipendiarii sunt;* multae enim civitates in Imperio Atheniensium neque *αὐτοτελεῖς* neque *αὐτόδικοι* erant.

ἄρχοντος τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα, οὐδ' εἰδότων αὐτῶν τοῦτο, διεγένετο· . . . καὶ οὕτω τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ . . . αὐτοκράτωρ τε ὑπ' αὐτῶν (milites intelliguntur) . . . ᾑρέθη. Non solum αὐτοκράτωρ qui a senatu vel a militibus constitutus erat, sed etiam deerat, qui principatum sibi vindicaret aut qui imperium administrandum usque ad novum principem constitutum susciperet. αὐτοτελής

Ἀρχή ἄρχειν.

Ipsa Dionis (Zonarae Xiphilini) verba de horum vocabulorum usu quadamtenus lucem afferunt:

I. 48. 7 Zonaras (lib. 7, 15, 2) plebs ἐπ' ἐνιαυτὸν τοὺς προστάτας ὡς ἀρχήν τινα ἀπεδείκνυσαν.

I. 48. 13 Zonaras (lib. 7, 15, 3) tribuni pl. τὸ μὲν γὰρ τῶν ἀρχόντων ὄνομα οὐκ ἔσχον εὐθύς.

Ex his verbis colligi potest *magistratum* Dioni ἀρχήν[105]), *qui magistratus gerunt* ἄρχοντας esse. Atque re vera ἄρχοντες ab eo appellantur omnes *magistratus quive pro magistratu* sunt, aut qui quodammodo magistratibus adaequandi sunt[106]).

Deinde omnes ἄρχειν dicuntur, qui *imperium militum* quodvis maius vel minus habent.

Tum eorum munus Dioni ἀρχή est, qui *principibus muneribus equestribus* funguntur (quae quadamtenus cum magistratibus comparari possunt quaeque cum imperio militum coniuncta sunt). Procuratores autem, qui in re nummaria versantur, in eo numero non putandos esse apparet II. 585. 28 (57, 23, 4) Xiph. Procurator Asiae στρατιώταις ἐχρήσατο καὶ ἄλλα τινὰ ὡς καὶ ἀρχὴν ἔχων ἔπραξεν (velutsi cum iure magistratuum esset).

---

[105]) Tempus per quod quis munus suum gerit, eadem voce atque ipsum munus designatur: II. 131. 30 (44, 42, 1) Caesar ὑπάτευσε, καὶ ὅσα μὲν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐν τῇ πόλει διῴκησεν, ἢ μυρία ἂν εἴη λέγειν. Neque aliter apud Romanos, cf. Mommsen, *Staatsr.* 1 p. 22, 4.

[106]) Legatis Caesaris proconsulis Galliae ἀρχή attribuitur I. 440. 6 (38, 15, 2) Caesar ὑποστρατήγῳ οἱ (Cicerone) χρήσεσθαι ὑπισχνεῖτο, ὅπως . . . ἐπί τε ἀρχῆς καὶ μετὰ τιμῆς ἐκποδὼν δὴ τῷ Κλωδίῳ γένηται. De Dionis indiligentia cogitare nolim; videtur huius usus causa ea esse, quod hi legati *pro praetore* erant, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 657, 1 (2^2 p. 638, 1); Caes. *bell. Gall.* 1, 21, 2. Ubi ceteroquin hi legati ἄρχειν dicuntur, Caesarem iis imperium militum mandavisse Dionemque vocem στρατιωτῶν vel tale quid addidisse apparet. De vicomagistris cf. adn. 353.

ἀρχή Plurali numero *αἱ ἀρχαί* Dioni nonnunquam *magistratus* sunt, sc. ii qui magistratum gerunt.

Postremo voce *ἀρχή* utitur, ubi Latine *provincia* vel *Imperium Romanum* dicitur[107]).

Jam has diversas significationes seorsim exemplis additis illustrabo.

I.

De magistratibus.

De magistratibus ita agam, ut primum nonnullos locos proponam, quibus de *magistratibus in universum* his vocibus Dio utitur, deinde *singulorum magistratuum* sollemni cuiusque nomine commemorato pauca exempla afferam.

De magistratibus in universum.

II. 387. 9 (52, 13, 1) Agrippa Augusto suadet: *ἀπόδος τῷ δήμῳ καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὰ ἔθνη καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ χρήματα*. Sturz recte: *populo arma, provincias, magistratus, pecunias redde.* Ita saepius velut II. 220. 27 (47, 15, 1); III. 149. 10 (60, 14, 3) Xiph. et al.

I. 90. 2 Zonaras (lib. 7, 25, 9) *καὶ τὸν αὐτὸν μήτε δύο ἅμα ἀρχὰς μήτε τὴν αὐτὴν δὶς ἐντὸς δέκα ἄρχειν ἐτῶν.*

I. 380. 27 (36, 38, 1) *καὶ κατὰ τῶν δεκασμοῦ περὶ τὰς ἀρχὰς ἁλισκομένων ἐνομοθετήθη πρὸς αὐτῶν τῶν ὑπάτων μήτ' ἄρχειν μήτε βουλεύειν σφῶν μηδένα* (magistratum aliquem gerere).

I. 409. 22 (37, 25, 3) *ὁ δὲ* (tribunus pl. quidam) *τῷ τε Παίτῳ τῷ Πουπλίῳ καὶ τῷ Σύλλᾳ τῷ Κορνηλίῳ τῷ μετ' αὐτοῦ ἁλόντι τό τε βουλεύειν καὶ τὸ ἄρχειν ἐξεῖναι ἐδίδου* (ius magistratus gerendi).

I. 375. 5 (36, 28, 3); II. 457. 33 (54, 17, 3) et al.

εὐπάτριδες ἀρχαί *magistratus patricii* II. 202. 8 (46, 45, 3).

αἱ ἀρχαὶ αἱ τοῦ πλήθους *magistratus plebeii* II. 99. 21 (43, 45, 1).

αἱ μείζους ἀρχαί *magistratus maiores* I. 68. 12 Zonaras (lib. 7, 19, 8).

ἄλλη τις (praeter quaesturam) *ἀρχὴ τῶν διὰ μέσου* II. 424. 31

---

[107]) De externis populis, regibus, dynastis isdem vocibus utitur velut I. 473. 18 (39, 12, 1); II. 74. 4 (43, 3, 4) *τὴν Γαιτουλίαν μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ* (Jubae regis Numidiae) *οὖσαν*; II. 267. 2 (48, 26, 2); I. 497. 4 (39, 57, 1) *ἦρχε δὲ τότε τῶν Αἰγυπτίων ἡ Βερενίκη.*

(53, 15, 1) *tribunatum et aedilitatem* significat, cf. Mommsen *Staatsr.* I. 2³, p. 247, 3 (2² p. 237, 2)[108]). ἀρχή

αἱ ἀρχαὶ αἱ ἐν τῇ πόλει magistratus domi II. 224. 17 (47, 19, 4)[109]); cf. *ἔνδημοι* et *ἡ ἔνδημος ἀρχή* II. 393. 4 et ss. (52, 20, 4 et 5).

αἱ ἔξω τῆς πόλεως ἀρχαί et *αἱ ἀρχαὶ αἱ ἔκδημοι magistratus militiae* II. 395. 9 (52, 23, 1) et II. 490. 3 (55, 10, 2).

αἱ ἐπετήσιοι ἀρχαί magistratus ordinarii I. 377. 23 (36, 34, 1), cf. adn. 109; eodem sensu vs. 15 *οἱ ἐναύσιοι ἄρχοντες*, vs. 20 *αἱ πάτριοι ἀρχαί*, item *αἱ ἐπέτειοι ἀρχαί* I. 66. 10 Zonaras (lib. 7, 18, 11); cf. *αἱ ἐναύσιοι καὶ ὀλιγοχρόνιοι ἀρχαί* sc. quae tantum per annum geruntur II. 395. 14 (52, 23, 2) et II. 423. 2 (53, 13, 2) *ἐπετήσιοι καὶ κληρωτοί.*

αἱ ἀρχαὶ (αἵ τε ἐνεστῶσαι καὶ) αἱ ἐς νέωτα ἀποδεδειγμέναι magistratus designati III. 328. 18 (74, 5, 2) Xiph., cf. II. 21. 25 (41, 36, 2) Caesar *τὰς ἐς νέωτα ἀρχὰς ἀπέδειξεν.* Ceterum cf. adn. 109. Eodem sensu *οἱ ἀποδεδειγμένοι ἐς τὰς ἀρχάς* I. 539. 9 (64. 66. 3).

De rege[110]).

I. 13. 9. fragm. 6, 5 Exc. Val. 3 *παρὰ πᾶσαν τὴν τοῦ Νουμᾶ ἀρχήν.*

I. 26. 7 fragm. 11, 3 Exc. Val. 6 *ἀρχή* et vs. 5 *μοναρχία.*

I. 18. 14 Zonaras (lib. 7, 7, 5) *καὶ ἐπὶ τούτοις Μαρκίῳ ἐπέλιπε τὸ βιώσιμον, εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς καὶ τέσσαρας ἄρξαντι.*

I. 25. 17 Zonaras (lib. 7, 10, 1) *ἦρξε... βασιλεύσας.*

De interrege[111]).

I. 11. 21 Joann. Antioch. fragm. 32 Mai. (Senatus) *πενθήμερον ἀρχὴν τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν βουλευτῶν ἐκ διαδοχῆς κατανέμουσα, οὓς μεσοβασιλεῖς ὠνόμασεν.*

De consule[112]).

I. 380. 8 (36, 37, 2) *καὶ εὐθύς γ' ἂν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξήλασαν* (consulatum abrogavissent), cf. Plut. *Pomp.* 27 *ὅθεν ὁ Πείσων ἐκινδύνευσε τὴν ὑπατείαν ἀφαιρεθῆναι.*

---

[108]) Maecenati in oratione sua alio sensu dicti *οἱ μέσοι* II. 395. 10 (52, 23, 1).

[109]) Hoc loco de hominibus agitur.

[110]) *βασιλεύς* II. 111. 9 (46, 9, 1), *βασιλεία* II. 426. 22 (53, 16, 7), *βασιλεύειν* II. 596. 13 (58, 7, 2); et al.

[111]) *μεσοβασιλεύς μεσοβασιλεία* I. 23. 28 Zonaras (lib. 7, 9, 8); I. 480. 30 (39, 27, 3); I. 482. 22 (39, 31, 1); I. 527. 35 (40, 45, 1); I. 530. 12 (40, 49, 5); II. 202. 7 (46, 45, 3).

[112]) Post 449 a. C. *ὕπατος ὑπατεία ὑπατεύειν, ὁ ὑπατεύων, ἀνὴρ ὑπατευκώς (ἄνδρες ὑπατευκότες, οἱ ὑπατευκότες), ὑπατικός (ἐξουσία ἀρχή τιμαί)* passim. *Ὑπατευ-*

ἀρχή I. 400. 34 (37, 10, 1) τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει, τοῦ τε Φιγούλου καὶ τοῦ Καίσαρος τοῦ Λουκίου ἀρχόντων.

I. 384. 16 (36, 44, 4); I. 415. 28 (37, 38, 1); I. 415. 36 (37, 39, 1); I. 425. 3 (37, 54, 3); I. 498. 18 (39, 60, 2); II. 1. 16 (41, 1, 1); II. 438. 10 (53, 30, 1); II. 484. 16 (55, 6, 5); passim.

III. 20. 23 (61, 3, 1) Xiph. Senatus decrevit orationem Neronis ἐν ταῖς νέαις τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς ἀναγινώσκεσθαι. Augusti Tiberii Gai orationes singulis annis semel legebantur (II. 624. 7 lib. 59, 6, 7; II. 672. 26 lib. 60, 10, 2), Neronis autem oratio, si locum recte intellego, saepius legi debebat, quotiens novi consules magistratum inibant, qui his temporibus nonnullos modo menses consulatu fungebantur.

κῶς ἄρχων cf. adn. 162; ἀνὴρ ὑπατικός, vocabula apud alios scriptores usitata (cf. Magie *l. l.* p. 77), Dioni abiudicanda sunt II p. 616 in fragm. 4 ex Byzantina Historia Augusta petito. Οἱ σμικρότεροι ὕπατοι qui non sunt eponymi II. 274. 8 (48. 35. 3). ἡ ὕπατος ἀρχή vel ἡ ἀρχὴ ἡ ὕπατος I. 67. 5 Zonaras (lib. 7, 19, 3); ceteros locos Boissevain collegit ad III. 62. 9. ἀνθύπατος subst.; ἀνθύπατος adiect. vel ἀνθυπατικός, sine discrimine, quantum video. συνύπατος II. 200. 12 (46. 42. 3); II. 207. 25 (46. 53. 1); II. 372. 21 (52. 21 9); III. 417. 16 (78. 14, 1); συνυπατεύειν II. 355. 23 (51. 4. 3).

Sub anno 449 a. C. apud Zonaram I. 66. 15 (lib. 7, 19, 1) legimus: Οἱ δ' ὕπατοι (τότε γάρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους τὸ πρότερον κ. τ. λ.).

Ante 449 a. C. Dio semper στρατηγός στρατηγία στρατηγεῖν scripsisse videtur: I. 59. 18 fragm. 21, 3 Exc. Val. 9 καὶ Τίτου Μενηνίου τοῦ στρατηγοῦ (ἐπὶ γὰρ τούτου τὸ πάθος ἐγένετο) κατηγορηθέντος, I. 52. 9 fragm. 18, 3 Exc. Mai. 32; I. 58. 5 fragm. 20, 3 Exc. Mai. 36; Zonaras saepius velut I. 44. 10 (lib. 7, 14, 3); I. 52. 10 (lib. 7, 16, 2) στρατηγῆσαι σπεύδων (consul creari); I. 54. 7 (lib. 7, 16, 4); I. 58. 14 (lib. 7, 17, 2); I. 60. 5 et 61. 1 (lib. 7, 17, 5 et 6) et al. Non raro autem apud eum ὕπατος ὑπατεύειν I. 40. 16 (lib. 7, 13, 3); I. 41. 11 et 14 (lib. 7, 13, 9 et 10); I. 49. 7 (lib. 7, 15, 6); I. 58. 13 (lib. 7, 17, 1) et al. Veri simile est talibus locis Zonaram aut Dionis narrationem contraxisse atque suis verbis reddidisse, aut quod plerumque factum esse puto, praeter Dionem etiam hausisse ex alio fonte qui plerumque est Plutarchus. (Cf. quae p. 7 vs. 19 sqq. de usu vocis σύγκλητος disserui.). I. 58. 3 (lib. 7, 17, 1) ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἢ στρατηγούς eo ortum esse mihi videtur, quod Zonaras utriusque sui fontis vocabulum commemoraverit; certe utroque vocabulo in hoc capite usus est. At alter fons hic non est Plutarchus. Narratio cum Dionysio, non cum Livio consentit.

Zonaras I. 35. 3 (lib. 7, 12, 1) omisit, quae Dio de ipso nomine protulit, cum primi consules creati sunt: αὐτὸν (Brutum) εἵλοντο ἄρχοντα, ἵνα δὲ μὴ ἡ μοναρχία βασιλεία δοκῇ, καὶ συνάρχοντα αὐτῷ ἐψηφίσαντο . . . τὸν Κολλατῖνον Ταρκύνιον. De consulum nominibus cf. Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 74 sqq. (2[2] p. 71 sq.). M. Mentz, *De magistratuum Rom. Graecis appellationibus* p. 12 putat Polybium vocem στρατηγόν ipsum sibi finxisse; Mommsen *Staatsr.* 3 p. 646, 2 opinatur vocabulum στρατηγός de re publica Neapolitana sumptum esse, quod suo iure Magie *l. l.* p. 7 impugnat, putans de ducibus foederum Acarnanum et Aetolorum et Achaeorum, qui στρατηγοί appellabantur, vocabulum στρατηγός in praetorem Romanum esse translatum.

ἀρχή

De dictatore[113]).

I. 63. 13 Zonaras (lib. 7, 17, 10) Cincinnatus *ἀπέθετο τὴν ἀρχήν*.

I. 96. 16 fragm. 36, 6 Enc. Mai. 61; II. 21. 22 (41, 36, 2).

II. 69. 6 (42, 55, 4) *ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει, ἐν ᾧ δικτάτωρ μὲν ὄντως αὐτὸς τὸ δεύτερον ἦρξεν.*

II. 104. 24 (43, 51, 7) et al.

De magistro equitum[114]).

II. 102. 12 (43, 48, 2) *πᾶσι τοῖς παρὰ δικτάτορος ἀρχήν τινα λαβοῦσι.*

De praefecto urbi[115]).

II. 102. 12 (43, 48, 2), quem locum modo citavi. De praefecto urbi feriarum Latinarum hae voces occurrunt II. 321. 26 (49, 42, 1); II. 441. 2 (53, 33, 3); II. 448. 26 (54, 6, 6). Locos exscripsi p. 101. Vocabulum, quo id munus clare designatur, proxime antecedit[116]).

De Xviris legibus scribundis[117]).

I. 64. 8; 13; 15; 22 Zonaras (lib. 7, 18, 3 et 4) *ἦρξάν τε οὗτοι ἐφ' ἡμέραν ἕκαστος, ἐναλλὰξ τὸ πρόσχημα τῆς ἡγεμονίας λαμβάνοντες ... Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ... ἀφῆκαν τὴν ἀρχήν.*

De tribunis militum cons. pot.[118]).

I. 528. 7 (40, 45, 4) *πάντες δὲ οἱ δήμαρχοι ... χιλιάρχους ἀντὶ τῶν ὑπάτων, ὅπως πλείους ἄρχοντες ὥσπερ ποτὲ ἀποδεικνύωνται, καθίστασθαι ἐσηγοῦντο.*

---

113) *δικτάτωρ δικτατορία δικτατορεύειν* saepius; hae voces per litteram *o* scribuntur, cf. Boissevain ad I. 377. 24 et ad II. 21. 32, qui plurimos locos ubi hae voces inveniuntur enumeravit.

114) *ἵππαρχος ἱππαρχία ἱππαρχεῖν* II. 50. 23 (42, 21, 1); II. 92. 20 (43, 33, 1); II. 105. 3 (43, 21, 8) Caesar *δύο ἀντ' αὐτοῦ* (Lepidi) *ἑτέρους, ἰδίᾳ γε ἑκάτερον, ἱππαρχῆσαι ἐποίησε.* II. 179. 19 (46, 13, 1) et saepius.

115) *πολίαρχος πολιαρχεῖν.* Locos quibus eorum mentio fit, indicavi p. 99.

116) De praefecto urbis Dio isdem vocabulis usus est, cf. p. 100 et adn. 236.

117) *δεκαρχία* I. 64. 26 et 66. 10 Zonaras (lib. 7, 18, 5 et 11); *οἱ δέκα ἄρχοντες* I. 66. 4 Zonaras (lib. 7, 18, 10).

118) *χιλίαρχος* I. 78. 12 fragm. 25, 2 Exc. Urs. de leg. Rom. 2; I. 86. 2 fragm. 29, 5 Exc. Val. 175; I. 528. 7 (40, 45, 4); *χιλιαρχεῖν* I. 84. 17 fragm. 29, 1 Exc. Mai. 49; saepe apud Zonaram. Ubi id opus erat, Dio clarius significavisse videtur, quos tribunos militum designare vellet; certe apud Zonaram I. 86, 7 et 16 (lib. 7, 24, 11 et 13) inter se distinguuntur *χιλίαρχος στρατοπέδου* et *οἱ χιλίαρχοι, οἳ ἀντὶ τῶν ὑπάτων ἐγίνοντο.*

ἀρχή

De praetore[119]).

I. 382. 28 (36. 41. 2) οἱ συνάρχοντες αὐτοῦ, cf. II. 51. 5 et 7 (42. 22. 2) et al.

II. 102. 25 (43, 49, 1) στρατηγοί τε ἑκκαίδεκα ἦρξαν.

II. 322. 26 (49, 43, 7) ἐπειδή τε Λούκιός τις Ἀσέλλιος στρατηγῶν τὴν ἀρχὴν διὰ μακρὰν ἀρρωστίαν ἀφεῖναι ἠθέλησε.

II. 537. 20 (56, 25, 4) στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα ἦρξαν, ἐπειδὴ τοιοῦτοί τε τῆς ἀρχῆς ἀντεποιήσαντο.

II. 221. 7. (47, 15, 3); II. 280. 5 (48, 43, 2); II. 459. 19 (54, 19, 6); II. 537. 20 (56, 24, 4); II. 677. 13 (60, 15, 5).

Iis locis, ubi Dio de *praetore* vocibus ἀρχή et ἄρχειν utitur, ea vox qua praetura clare designatur, proxime antecedit.

De praeside provinciae senatorii ordinis.

Hi praesides, sive aetate liberae rei p. pro praetore aut pro consule, sive aetate imperatoria proconsules aut legati Augusti a

---

[119]) στρατηγός στρατηγία στρατηγεῖν, ὁ στρατηγῶν, ἀνὴρ ἐστρατηγηκώς (οἱ ἐστρατηγηκότες), στρατηγικός (κόσμος σχῆμα ἀξίωμα τιμαί) passim. Quia dux belli eodem vocabulo στρατηγός a Dione designatur, nonnunquam difficile est diiudicare, quod munus hac voce designetur.

ἀστυνόμος *praetor urbanus* I. 153. 8 Zonaras (lib. 8, 11, 1), quamquam his temporibus, 260 a. C., unus praetor creabatur; item ὁ στρατηγὸς ὁ ἀστυνόμος I. 171. 1 Zonaras (lib. 8, 16, 1). Sub anno 241 a. C. συνεξεπέμφθη Κύιντος Οὐαλλέριος Φλάκκος ἀστυνομῶν I. 172. 17 Zonaras (lib. 8, 17, 1). Ille igitur creatus est anno 242 a. C., quo anno postremum unus praetor fuisse putatur. Praeterea ἀστυνόμος I. 177. 10 Zonaras (lib. 8, 18, 10); II. 224. 28 (47, 20, 2); II. 415. 2 (53, 2, 3); II. 472. 4 (54, 32, 3); ὁ στρατηγὸς ὁ ἀστυνόμος II. 202. 10 (46, 45, 4); II. 415. 1 (53, 2, 2); ἀστυνομία II. 51. 6 (42, 22, 2); ἀστυνομεῖν II. 51. 4 (42, 22, 2). ὁ στρατηγὸς ὁ ξενικός *praetor peregrinus* II. 415. 2 (53, 2, 2) ubi is praetori urbano opponitur. ἡ στρατηγία ἡ οἴκοι I. 382. 22 (36, 41, 1) ubi praetura quam quis Romae vel domi gerit, imperio provinciae opponitur. οἱ στρατηγοὶ οἱ πάνυ III. 426. 25 (78, 22, 1) praetor urbanus et praetor peregrinus, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 198, 1 (2^2 p. 189, 5). Neque mirum *praetorem urbanum* saepius στρατηγόν appellari: Drusus ἀστυνόμος appellatur II. 472. 4 (54, 32, 3), διαστρατηγεῖν dicitur II. 473. 14 (54, 33, 5), eius munus στρατηγία II. 473. 20 (54, 34, 1), cf. Boissevain ad II. 472. 4. Agrippa στρατηγεῖν dicitur II. 261. 29 (48, 20, 1). Item Brutus II. 113. 11 (44, 12, 3), cf. II. 225. 1 (47, 20, 3), Cassii munus στρατηγία vocatur II. 114. 1 (44, 14, 2) et utriusque munera αἱ στρατηγίαι II. 224. 25 (47, 20, 1), Cassius autem ἀστυνόμος appellatur II. 224. 28 (47, 20, 2), sane errore Dionis pro Bruto, ut Boissevain adnotat. C. Antonius συστρατηγός II. 224. 30 (47, 20, 2) dicitur Cassii, qui ipse ἀστυνόμος a Dione appellabatur. Appianus *bell. civ.* 3, 2 Antonium στρατηγοῦντα τῆς πόλεως appellat, fortasse minus recte.

Dione omnes *ἄρχοντες* appellantur, *ἄρχειν* dicuntur, munusque eorum ei *ἀρχή* est[120]). *ἀρχή*

I. 360. 19 (36, 2, 2) *καὶ διὰ τοῦτο τότε ⟨τε⟩ ἐς τοὺς στρατηγοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας*[121]) *ἐπανήγαγον.*

I. 413. 15 (37, 33, 4) Cicero consul *εἰλήχει γὰρ τῆς Μακεδονίας ἄρξαι.*

I. 483. 20 (39, 3, 3) Caesarem proconsulem provinciae Galliae *μηκέτ' ἐπὶ πόλυ τὴν ἀρχὴν ἕξοντα.* Cf. I. 535. 23 (40, 60, 1); II. 2. 4 (41, 1, 4).

II. 88. 12 (43, 25, 3) Caesar *κατέκλεισε νόμῳ τοὺς μὲν ἐστρατηγηκότας ἐπ' ἐνιαυτὸν τοὺς δὲ ὑπατευκότας ἐπὶ δύο ἔτη κατὰ τὸ ἑξῆς ἄρχειν.*

II. 163. 17 (45, 32, 4) *τὸ τοὺς Κρῆτας ἐλευθέρους μετὰ τὴν τοῦ Βρούτου ἀρχὴν γενέσθαι*, cf. Cic. *Phil.* 2, 38, 97 *statuiturque ne post M. Brutum pro consule sit Creta provincia*, cf. II. 186. 32 (46, 23, 3).

II. 424. 17 (53, 24, 5) *οἱ παρεδρεύοντες τοῖς τὸ κῦρος τῆς ἀρχῆς ἔχουσιν*, de proconsulibus provinciarum, quae senatus sunt.

II. 611. 14 (58, 24, 3) Pomponius Labeo *τῆς τε Μυσίας ποτὲ ὀκτὼ ἔτεσι μετὰ τὴν στρατηγίαν ἄρξας.*

III. 426. 19 (78, 21, 5) *ἐς τοὺς ἐστρατηγηκότας ἐσεγράφη καὶ τῆς Ἀχαΐας καὶ παρὰ τὸ καθῆκον ἦρξεν.*

De IIIviro rei p. constituendae[122]).

II. 263. 17 (48, 22, 2) *ὁ γὰρ Λέπιδος ἐν τοῖς ⟨τρισὶν⟩*[123]) *ὀνόματι μόνον, ὥσπερ εἶπον, ἦρχε.*

---

[120]) Eorum munus etiam *ἡγεμονία*, ipsi *ἡγεμονεύειν* dicuntur, cf. p. 66 sq. et adn. 145; proconsules *οἱ κληρωτοί* legati Augusti *οἱ αἱρετοί* appellantur, ubi inter se opponuntur, cf. adn. 185. Quod ad *ἀνθύπατοι* atque *ἀντιστράτηγοι* cf. adn. 184. Praesides provinciae Dioni nunquam *ἡγεμόνες* sunt; raro *ἡγεῖσθαι* dicuntur.

[121]) Hic est apud Dionem ordo verborum usitatus, cf. III. 363 7 (76, 8, 1) Xiph.; *ἡ ἀρχὴ τῆς Συρίας* II. 229. 26 (47, 26, 6); II. 231. 14 (47, 28, 5); II. 307. 6 (49, 22, 3); *αἱ ἀρχαὶ τῶν ἐθνῶν* II. 190. 29 (46, 29, 4). Idem est ordo, si Dio vocabulo *ἡγεμονία* utitur, cf. p. 66 sq. Hic ordo verborum non servatus est II. 156. 1 (45, 20, 3) ubi alterum attributum huius discrepantiae causa fuisse videtur: *ὅτι* (Antonius) *τὴν τῆς Μακεδονίας ἀρχὴν τὴν ἐκ τοῦ κλήρου προσταχθεῖσαν αὐτῷ κατέλιπε καὶ ὅτι τὴν τῆς Γαλατίας ἀρχὴν τὴν μηδὲν αὐτῷ προσήκουσαν ἀνθείλετο.* Dubium est, an III. 438. 3 (78, 30, 4) *μετὰ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν* recte suppletus sit (ibidem *σύνεδρος* non placet). Ad extremum notandum Xiphilinum hunc usum non observasse cf. p. 6. Ceterum Dio nomen provinciae, si non genitivo sed praepositione *ἐν* designatur, inter articulum atque vocem *ἀρχή* (*ἡγεμονία*) posuit, cf. p. 141 sqq.

[122]) *πρός τε διοίκησιν καὶ πρὸς κατάστασιν ἐπιμεληταί τέ τινες καὶ διορθωταί* II. 209. 3 (46, 55, 3), cf. p. 139. Deinde *οἱ τρεῖς ἄνδρες* appellantur II. 219. 19

ἀρχή II. 324. 19 (50, 1, 3) *Ἀντώνιος μὲν Καίσαρι ἐπεκάλει ὅτι τόν τε Λέπιδον τῆς ἀρχῆς ἐπεπαύκει.*

II. 210. 12 (47, 1, 1); II. 321. 18 (49, 41, 6); II. 329. 11 (50, 7, 1).

De principe[124]).

Saepissime *ἀρχή ἄρχειν* de principe dicuntur; paucos locos exscribere sufficiat.

II. 416. 12 (53, 4, 3) Augustus in senatu dicit: *οὐδὲ ἐρεῖ τις ὡς ἐγὼ τῆς αὐταρχίας ἕνεκα πάντα τὰ προκατειργασμένα ἔπραξα· ἀλλὰ ἀφίημι τὴν ἀρχὴν ἅπασαν καὶ ἀποδίδωμι ὑμῖν πάντα ἁπλῶς, τὰ ὅπλα τοὺς νόμους τὰ ἔθνη.*

II. 428. 8 (53, 17, 10) *καὶ δι' αὐτῆς* (tribunicia potestas) *καὶ ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν... προβαίνει.*

II. 562. 31 (57, 4, 3) *ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς ἀρχῆς*, cf. Tac. *ann.* 1, 16 *mutatus princeps.*

II. 618. 4 (59, 1, 3) Gaius *τότε τε οὖν παραχρῆμα οὕτως αὐτὸν* (Tiberium nepotem Tiberii principis) *τῆς ἀρχῆς κατέλυσε*, cf. II. 617. 20 (59, 1, 1) *ἐκεῖνος μὲν γὰρ* (Tiberius princeps) *καὶ τῷ Τιβερίῳ τῷ ἐγγόνῳ τὴν αὐταρχίαν κατέλιπε·*

II. 685. 12 (60, 24, 1) *ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε.*

De censore[125]).

I. 67. 23 et 68. 14 Zonaras (lib. 7, 19, 7 et 8) *δύο τε ἦσαν οἱ τιμηταὶ ... ἦρχον δέ* et *ἡ τῶν τιμητῶν ἀρχή.*

I. 400. 26 (37, 9, 3) *οἱ τιμηταὶ... τὴν ἀρχὴν ἀπεῖπον.*

(47, 13, 3); II. 223. 7 (47, 18, 1); II. 233. 24 (47, 31, 4); II. 272. 21 (48, 33, 3); II. 273. 1 (48, 34, 1); triumviratu ipso nondum constituto *ἡ τριαρχία* II. 21. 10 (41, 36, 1); *ἡ τῶν τριῶν ἀνδρῶν συνωμοσία* II. 262. 10 (48, 21, 1), sed fortasse ea verba propriam suam vim hoc loco retinuerunt, ut II. 233. 33 (47, 32, 1) *ἡ συνωμοσία τῶν τριῶν ἀνδρῶν coniuratio illorum trium virorum.* Aliter res se habet II. 153. 29 (45, 17, 5): Dio anno 43 a. C. ineunte prodigia enumerans ex iis unum ad triumviratum pertinere narrat. Itaque hoc loco vocibus *οἱ ἄνδρες οἱ τρεῖς* iam triumviri a populo constituti designantur; sed perspicuitatis causa nomina quoque eorum addita sunt.

[123]) Boissevain adnotat: *ἐν αὐτοῖς ὀνόματι Polak., rectius fortasse.* Haec lectio non tantum ad sententiam praeferenda est, sed etiam eo commendatur, quod de *triumviris* a Dione non dicitur *οἱ τρεῖς*, sed *οἱ τρεῖς ἄνδρες*. II. 209. 2 (46, 55, 3) verbis *οἱ τρεῖς* non triumviri, sed illi tres viri significantur.

[124]) De vocabulis, quibus principis dignitas sollemnem in modum designatur, cf. p. 37. De vocibus *βασιλεύς, βασιλικός, βασίλειος* egi p. 70 sq.

[125]) *τιμητής τιμητεία τιμητεύειν* passim. Maecenas in oratione sua (lib 52, 21, 5) suadet, ut *τιμαρχία* summa quaedam potestas censoria principi sit, *ὑποτιμητής* autem, subcensor quidam, plurima officia censoria peragat.

I. 534. 16 (40, 57, 3) *ὁ δὲ δὴ Σκιπίων . . . τὰ πρὸς τοῦ Κλωδίου περὶ τῶν τιμητῶν γραφέντα κατέλυσε.* De hac mutatione disputatur et deinde sequitur: *καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐφίετο ἔτι τῆς ἀρχῆς τῶν ἐμφρόνων οὐδὲ εἷς.* ἀρχή

II. 444. 18 et 24 (54, 2, 1 et 2).

Vocabulis proxime antecedentibus clare apparet de censura agi.

De tribuno pl.[126]).

I. 49. 5. fragm. 17, 15 Exc. Mai. 30; I. 61. 15 fragm. 22, 2 Exc. Mai. 40; I. 328. 18 fragm. 83, 8 Exc. Val. 72.

I. 422. 18 (37, 51, 1) *Κλώδιος δὲ ἐπεθύμησε . . . δημαρχῆσαι, καί τινας τῶν δημαρχούντων προκαθῆκεν εἰσηγήσασθαι τὸ καὶ τοῖς εὐπατρίδαις τῆς ἀρχῆς μεταδίδοσθαι . . . .*

I. 432. 25 (38, 6, 6) *τῶν δὲ συναρχόντων οἱ ἐναντιωθέντων*, cf. II. 112. 7 (44, 3, 3); II. 205. 3 (46, 49, 1).

II. 160. 12 (45, 27, 2) *οὗτος* (Antonius) *δημαρχήσας . . . ἐκ τῆς πόλεως ἐξέδρα τὴν ἀρχὴν ἐγκαταλιπών, ᾧ μηδεμίαν ἐκ τῶν νόμων νύκτα ἀποδημῆσαι ἐξῆν.*

II. 205, 1 et 3 (46, 49, 1).

II. 492. 3 (55, 10, 15) Exc. Val. 178 *καὶ ἐπειδὴ καὶ δήμαρχός τις ἐν αὐτοῖς ἦν, οὐ πρότερον πρὶν διάρξαι ἐκρίθη.*

Quamquam plerumque, tamen non semper vox qua tribunatus designatur, proxime antecedit: I. 533. 7 (40, 55, 1) *ὁ Φοῦφος ὅ τε Πλάγκος ἐπειδὴ πρῶτον ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξῆλθον.* Iam multo supra I. 529. 24 cap. 49, 1 Dio dixerat eos tribunos pl. esse. I. 539, 21 (40, 66, 5) Curio tribunus pl. *ἐπειδὴ διῆρξε, πρὸς τὸν Καίσαρα εὐθὺς ἀφωρμήθη.* Iam I. 535. 19 (40, 59, 4) de Curionis tribunatu mentio facta est.

De aedile[127]).

I. 400. 7 (37, 8, 1) *πρὸς τὸν συνάρχοντα.*

II. 288. 13 (48, 53, 4); II. 433. 18 (53, 24, 5).

II. 453. 2 (54, 11, 1) *καί τις τῶν ἀγορανόμων ἐθελοντὴς ὑπὸ πενίας ἀπεῖπε τὴν ἀρχήν.*

---

[126]) *δήμαρχος δημαρχία δημαρχεῖν δημαρχικὴ (ἐξουσία) ὁ δημαρχῶν* passim. *οἱ δεδημαρχηκότες* II. 509. 32 (55, 24, 9), cf. I. 382. 15 (36, 40, 4). Initio magistratus nomine carebant, cf. I. 48. 7 et 13 Zonaras (lib. 7, 15, 2 et 3) et p. 26.

[127]) *ἀγορανόμος ἀγορανομεῖν ὁ ἀγορανομῶν* saepius, *ἀγορανομία* I. 400. 3 (37, 8, 1); II. 288. 10 (48, 53, 4); II. 414. 32 (53, 2, 2); II. 439. 13 (53, 31, 2). II. 104. 9 (43, 51, 3) *καὶ ἀγορανόμοι τότε πρῶτον δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν, τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους, ὧν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς Δήμητρος ἐπίκλησιν φέρουσιν,*

ἀρχή II. 464. 26 (54, 24, 1).

III. 427. 6 (78, 22, 2) *Δομίτιός τέ τις Φλῶρος ... ἀγοράνομος ... ἀποδειχθῆναι ὀφείλων, εἶτα πρὶν ἄρξαι τῆς ἐλπίδος διὰ Πλαυτιανὸν ἐκπεσών.*

Vocibus proxime antecedentibus clare apparet de aedilitate agi.

De quaestore[128]).

I. 384. 23 (36, 44, 5) vix huc pertinet, cf. p. 141.

II. 273. 18 (48, 34, 5) *Μάξιμον γοῦν τινα ταμιεύσειν μέλλοντα ἐγνώρισέ τε ὁ δεσπότης καὶ ἀπήγαγε· καὶ τούτῳ μὲν ἀδεὲς ἐγένετο τολμήσαντι τὴν ἀρχὴν αἰτῆσαι.*

II. 483. 5 (55, 5, 4) Augustus *ταμίας ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῆς Ἰταλίας χωρίοις ἄρχειν ἐποίησε.* Cf. *αἱ ἀρχαὶ (provinciae) αἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔξω τῆς πόλεως* II. 685. 19 (60, 24, 3). Quod ad rem, non recte, cf. Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 570, 5 (2[2] p. 556, 4).

II. 685. 16 et 19 (60, 24, 2 et 3) *ταμίαις αὐτὴν (τὴν διοίκησιν) κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν, οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς ... ἄρχειν.* De eisdem mox *ὅπως ποτὲ καὶ ἔδοξαν ἄρξαι.* Cf. p. 59.

Semper vox qua quaestura designatur, proxime antecedit.

De XXviris agris dandis adsignandis qui anno 59 a. C. lege Julia agraria constituti sunt[129]).

I. 429. 5 (38, 1, 3) *τῶν δυνατῶν ... καὶ τιμὴν καὶ ἀρχὴν πολλῶν προσλαμβανόντων ...*

ὅπερ που καὶ ἐς τόδε ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν ἐμμεμένηκε. In *Ind.* libri 43 II. 71 *ὡς οἱ Κερεάλιοι ἀγορονόμοι κατεστάθησαν.* Ceteroquin a Dione de his aedilibus mentio non facta est. *Aediles curules: οἱ ἀγορανόμοι οἱ Κουρούλιοι* I. 483. 3 (39, 32, 2); II. 445. 2 (54, 2, 4); II. 464. 25 (54, 25, 1); *προηγορανομηκὼς ἐν τοῖς ἀμείνοσι* II. 440. 29 (53, 33, 3). *Aediles plebis: οἱ ἀγορανόμοι τοῦ πλήθους* II. 240. 5 (47, 40, 6); *οἱ ἀγορανόμοι οἱ ἐκ τοῦ πλήθους* II. 102. 18 (43, 48, 4); *ἀγορανόμος τῶν καταδεεστέρων* II. 440. 28 (53, 33, 3); cf. *οἱ ἀγορανόμοι οἱ ἕτεροι* I. 483. 7 (39, 32, 3).

128) *ταμίας ταμιεία ταμιεύειν ὁ ταμιεύων* saepius, *οἱ τεταμιευκότες* II. 403. 4 (52, 32, 2); II. 424. 31 (53, 15, 1); II. 467. 21 (54, 26, 7); II. 509. 31 (55, 24, 9); II. 601. 26 (58, 12, 7), et al., *ὁ συνταμίας* II. 263. 3 (48, 21, 5); cf. *ἀντιταμίαι* II. 25. 22 (41, 43, 4), ubi Dio vocabulum Latinum per translationem Graece se reddidisse dicit.

129) *γεωνόμοι* I. 429. 9 et 15 (38, 1, 4 et 6), cf. I. 329. 1 fragm. 84, 2 Exc. Val. 73 et II. 220. 15 (47, 14, 4) III viri r. p. c. militibus *πόλεις χώρας τε δώσειν ὑπισχνοῦντο· καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ γεωνόμους ὁμοῦ καὶ οἰκιστὰς αὐτοῖς προσαπέδειξαν.* Hoc loco *γεωνόμοι viri agris dandis adsignandis, οἰκισταί* fortasse *viri coloniae deducendae* sunt. *οἰκιστής* praeterea II. 367. 4 (51, 16, 4) ut apud

ἀρχή

De XXviris[130]).

II. 668. 19 (60, 5, 8) *τούς τε γαμβροὺς τότε τε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι . . .*

2.

De Praefectis equestris ordinis.

De praefecto praetorio cf. adn. 227.

De praefecto Aegypti cf. p. 110 sq.

De praefecto vigilum cf. p. 114.

De praefecto legionis cf. p. 114.

De procuratore praeside provinciae, qui in hoc numero haberi potest cf. p. 124 sqq.

Notatu dignum est omnibus his praefectis imperium quoddam militum mandatum esse.

3.

De eo, qui cum aliquo imperio militum est.

Manifestum est eum qui *στρατιωτῶν ἄρχειν* dicitur fere semper munus quoddam gerere, quod ipsum quoque Dioni *ἀρχή* est, velut II. 534. 11 (56, 22, 1) *οἱ μὲν* (milites) *τὸν μὲν ἄρχοντά σφων* (Quintilium Varum legatum Aug. provinciae Germaniae) *ἐμιμήσαντο.*

III. 450. 1 (78, 40, 3) Macrinus princeps *τοσούτων στρατευμάτων ἄρχων.*

Tamen loci non desunt, ubi duces inferiores *στρατιωτῶν ἄρχειν*[131]) dicuntur:

I. 363. 27 (36, 9, 2) Mithridates quique eum sequebantur *τὸν ἄρχοντα τῶν ἐκεῖ Ῥωμαίων Μᾶρκον Φάβιον ἐνίκησαν.* De M. Fabio Hadriano cf. Münzer apud Pauly-Wissowa *R. E.* 6 p. 1771 n. 83; bello Mithridatico legatus Luculli parti exercitus praefectus esse videtur.

II, 689. 3 (60, 28, 2) *τὸν Σαβῖνον τὸν τῶν Κελτῶν ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἄρξαντα.* De *praefecto Germanorum corporis custodum* agitur, ut Boissevain adnotat. De eis cf. Mommsen, *Staatsr.* 2^3 p. 808 (2^2 p. 782).

---

veteres Graecos: *Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν αὐτῶν,* et III. 159. 6 (66, 24, 3) Xiph. *ὁ δ᾽ οὖν Τίτος τοῖς μὲν Καμπάνοις δύο ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατευκότων οἰκιστὰς ἔπεμψε,* cf. Suet. *Tit.* 8 *curatores restituendae Campaniae ex consularium numero sorte duxit.*

[130]) *οἱ εἴκοσι καλούμενοι ἄνδρες* et *οἱ εἴκοσιν οὗτοι ἄνδρες* II. 467. 9 et 12 (54, 26, 5 et 6), cf. II. 668. 19 (60, 5, 8); *οἱ ἓξ καὶ εἴκοσιν* II. 467. 13 (54, 26, 6).

[131]) *ἄρχειν* praecipue vocabulum militare esse videtur; milites praesertim saepe *ἄρχεσθαι* dicuntur velut II. 337. 20 (50, 17, 5); Antonius ad milites *καὶ πολλὰ μὲν ἤρχθην, πολλὰ δὲ ἦρξα.* II. 384. 15 (52, 8, 7) *τίς δ᾽ οὐκ ἂν αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν ἀπαξιώσειεν ὑπὸ τοιούτου τινὸς ἄρχεσθαι;*

ἀρχή III. 229. 22 (69, 9, 2) Xiph. Hadrianus *καὶ τὰ ἴδια ἑνὸς ἑκάστου, καὶ τῶν ἐν τῷ τεταγμένῳ στρατευομένων καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν, τοὺς βίους τὰς οἰκήσεις τοὺς τρόπους καὶ ἐφορῶν καὶ ἐξετάζων*. Centuriones non in iis habentur, qui *οἱ ἐν τῷ τεταγμένῳ στρατευόμενοι* appellantur, cf. II. 397. 4 sq. (52, 25, 6 et 7)[132]). Itaque etiam centuriones numerare velim in iis, qui *ἄρχοντες τῶν στρατιωτῶν* dicuntur.

III. 352. 1 (75, 14, 2) Exc. Val. 347 *τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτῶν ἀρξάντων τοῦ δορυφορικοῦ*. Imprimis de tribunis cohortium agitur, ut etiam Boissevain adnotat.

4.

Αἱ ἀρχαί[133]) magistratus (qui magistratum gerunt)[134]).

Manifestum est saepius dubitari posse, utrum de hominibus an de muneribus agatur. Nonnullos locos laudabo, ubi vel verisimile vel certum est homines designari.

I. 511. 11 (40, 17, 2) *τάς τε ἀρχὰς . . . μόλις ποτὲ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἀπέδειξαν*.

II. 2. 30 (41, 3, 3) *καὶ τοῖς ὑπάτοις ταῖς τε ἄλλαις ἀρχαῖς ἡ φυλακὴ τῆς πόλεως . . . ἐπετράπη*.

II. 137. 9 (44, 49, 2) Caesar interfectus est *πρὸς ταῖς ἀρχαῖς ὁ ἄρχων*.

II. 438. 12 (53, 30, 1) Augustus *τάς τε ἀρχὰς τούς τε ἄλλους τοὺς πρώτους καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἀθροίσας κ. τ. λ.*

Praeterea I. 328. 10 fragm. 83, 6 Exc. Val. 71. I. 377. 23 (36, 34, 1); I. 474. 10 (39, 13, 2); I. 483. 10 (39, 33, 1); I. 528. 3 (40, 45, 5); II. 5. 31 (41, 8, 4); II. 21. 25 (41, 36, 2); II. 80. 12 (43, 14, 5); II. 224. 17 (47, 19, 4); II. 273. 23 (48, 35, 1)[135]); II. 331. 15 (50, 10, 1); II. 427. 9

---

[132]) *ὅστις δ' ἂν τῶν ἱππέων διὰ πολλῶν διεξελθὼν ἐλλόγιμος ὥστε καὶ βουλεῦσαι γένηται . . . ἐσγραφέσθωσαν καὶ ἐξ ἐκείνων, κἂν λελοχαγηκότες τινὲς ἐν τοῖς πολιτικοῖς στρατοπέδοις ὦσι, πλὴν τῶν ἐν τῷ τεταγμένῳ ἐστρατευμένων* e. q. s. Domaszewski, *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 80: *centuriones, qui ordines ducunt* et *milites qui in ordine merent.*

[133]) Cf. Xen. *Hell.* 2, 3, 38; 7, 3, 6.

[134]) Aliae appellationes eorundem: *οἱ ἄρχοντες* passim; *οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες* I. 484. 13 (39, 35, 1); II. 4. 6 (41, 6, 2); II. 202. 8 (46, 45, 3); *οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντες* I. 431. 1 (38, 4, 4); I. 471. 3 (39, 6, 3); II. 271. 19 (48, 31, 5); II. 457. 27 (54, 17, 1); II. 600. 31 (58, 12, 2); *οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς* II. 470. 17 (54, 30, 2).

[135]) Propter vocabula praecedentia *τὰς ἀρχάς* Dio pergit *τὴν τῶν ὑπάτων (ἀρχὴν) προκατεστήσαντο*, quod fere idem valet ac *τοὺς ὑπάτους*; cf. II. 392. 31 (52, 20, 2) *τὰς τῶν ὑπάτων ἀποδεικνύναι*. Sed dubito, an utroque loco de munere cogitandum sit.

(53, 30, 1); II. 452. 10 (54, 10, 4); II. 483. 28 (55, 5, 4); III. 18. 8 (60, 35, 1) Xiph.; III. 328. 18 (74, 5, 2) Xiph. ἀρχή

5.

'Αρχή provincia.

'Αρχή Dioni provincia est, non solum *munus officii*, sed etiam *regio*, cui magistratus praeest. Saepius inter utramque significationem non facile discerni posse mirum non est.

Provincia[136]) sive *munus officii* designatur:

I. 68. 2 Zonaras (lib. 7, 19, 7) censores *καὶ ἐγένοντο τῶν ὑπάτων μείζους, καίτοι μέρος τῆς ἐκείνων λαβόντες ἀρχῆς.*

I. 383. 12 (36, 42, 4) *τόν τε γὰρ τοῦ Τιγράνου καὶ τὸν τοῦ Μιθριδάτου πόλεμον, τήν τε Βιθυνίαν καὶ τὴν Κιλικίαν ἅμα ἀρχὴν αὐτῷ προσέταξεν.*

II. 685. 19 (60, 24, 3) *τοῖς μὲν οὖν ταμίαις τὴν διοίκησιν* (aerarii administrationem) *ἀντὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔξω τῆς πόλεως ἀντέδωκε (πάσας γὰρ αὐτὰς ἔπαυσε). Provinciae quaestorum* saepius commemorantur velut Cic. *ep. ad. Q. fr.* 2, 3, 1; *pro Mur.* 8, 18, *Dig.* 1, 13, 1, 2.

Provincia sive *regio*[137]) designatur[138]):

---

[136]) Plerumque Dio, ubi Romani *provinciam* dicere solebant, aliis verbis utitur: I. 413. 15 (37, 33, 4) Cicero *εἰλήχει γὰρ τῆς Μακεδονίας ἄρξαι* provinciam Macedoniam sortitus erat vel Macedonia provincia sorte ei obtigerat, cf. II. 138. 23 (44, 51, 4) et al. I. 434. 22 (38, 8, 5) *ὅ τε γὰρ ὅμιλος τοῦ τε Ἰλλυρικοῦ καὶ τῆς Γαλατίας τῆς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ἄρξαι αὐτῷ* (Caesari) *μετὰ τριῶν στρατοπέδων ἐπὶ ἔτη πέντε ἔδωκε* Illyricum Galliam Cisalpinam provincias ei dedit, cf. I. 483. 15 (39, 33, 2); II. 209. 12 (46, 55, 4) et al. II. 163. 18 (45, 32, 4) *τοὺς Κρῆτας . . . ὧν ἡμεῖς ἐκεῖνον* (Brutum) *. . . ἄρξαι ἐψηφισάμεθα* quos provinciam ei decrevimus. II. 159. 6 (45, 25, 1) *ὑμεῖς γὰρ τὴν Γαλατίαν ἄρχειν ἐπετρέψατε.* II. 231. 15 (47, 29, 1) *ἐτέτακτο τῆς Συρίας ἄρχειν* Syria provincia ei decreta erat, cf. II. 597. 6 (58, 8, 3) et al. II. 190. 29 (46, 29, 4) *τοὺς βουλευτὰς τοὺς ἀρχὰς τῶν ἐθνῶν παρ' αὐτοῦ* (Antonio) *λαβόντας*, ubi *ἀρχαὶ τῶν ἐθνῶν* (imperium provinciarum) idem valet ac Latine *provinciae.* II. 229. 26 (47, 26, 6) Caecilius Bassus *ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς Συρίας προστετάχθαι ἔλεγε* (imperium Syriae) *provinciam Syriam*, cf. II. 156. 1 (45, 20, 3); III. 416. 11 (78, 13, 1) et al.

[137]) Cf. Xen. *An.* 1, 1, 2 et 3; 9, 13; 2, 3, 29; 5, 6, 24.

[138]) Saepe Dio voce *ἔθνος* ita usus est velut *ἡ Ἀσία τὸ ἔθνος* II. 231. 17 (47, 29, 1); II. 265. 3 (48, 24, 3) et al.; (Asia pars orbis terrarum *ἡ Ἀσία ἡ ἤπειρος* II. 329. 2 lib. 50, 6, 5), *τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς λεγόμενα ἔθνη* II. 424. 15 (53, 14, 5) et al. *δύο μὲν δὴ ἔθνη τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ Λιβύῃ ἐκείνῃ, ὥσπερ εἶπον, ἦν*, II. 262, 9 (48, 21, 1) et al.

ἀρχή I. 496. 30 (39, 56, 5) Gabinius proconsul Syriae *τὴν μὲν ἀρχὴν ἐφ' ἧς ἐτέτακτο τοῖς λῃσταῖς ἔτι καὶ μᾶλλον ἐξέδωκεν.*

II. 262. 14 (48, 21, 2) T. Sextius qui Numidiae praeerat, *ἀνέμενεν ὡς καὶ ἐκείνων . . . ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ἐσβαλούντων.*

II. 262. 29 (48, 21, 5) *κἂν τούτῳ φθάσαντες οἱ ἐναντίοι ἀντεσέβαλον ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ.*

I. 399. 14 (37, 7 a) Xiph.; I. 496. 5 (39, 55, 5); II. 2. 34 (41, 3, 4); II. 3. 2 (41, 4, 1); II. 164. 15 (45, 34, 5); II. 188. 17 (46, 26, 3); II. 262. 5 (48, 20, 4); II. 420. 8 (53, 10, 3) et al. Sed ut iam dixi saepius hoc vocabulum in utrumque sensum accipi potest[139]).

6.

Ἀρχή Imperium Romanum[140]).

Populus Romanus aliarum terrarum *ἄρχειν* dicitur[141]). Itaque *ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχή* (Imperium populi Romani) proprie urbem Romam non complectitur; atque re vera nonnullis locis Urbs Imperiumque separatim commemorantur.

II. 32. 33 (41, 56, 1) *ἥ τε γὰρ πόλις ἡ τῶν Ῥωμαίων καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς ἅπασα.*

III. 315. 17 (73, 11, 3) Xiph. *καὶ αὐτὴ (ἡ Ῥώμη) καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς πᾶσα*[142]).

Quadamtenus huc pertinet, quamquam *αὐτῆς* non additum est II. 83. 16 (43, 18, 4) *πόλιν τε τηλικαύτην οἰκοῦντας καὶ ἀρχὴν τοσαύτην ἔχοντας* et III. 296. 10 (72, 14, 4) Xiph. *οὐκ ἐν τῷ ἄστει μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν ὅλῃ ὡς εἰπεῖν τῇ ἀρχῇ.*

---

139) III. 293. 12 (72, 11, 4) Xiph. Victorinus legatus provinciae Germaniae *τὸν ὑποστράτηγον* iubet *ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀρχῆς de provincia decedere*, cf. III. 61. 12 (62, 23, 1) Exc. Urs. s. de leg. gent.: *ἀπαλλαγῆναι τῆς χώρας.* Hoc loco significatio *munere se abdicandi* ideo reicienda est, quod legatus provinciae adversus legatum legionis id ius non habet, cf. Mommsen, *Staatsr.* 1³ p. 262, 5 (1² p. 249, 4). Ceterum ex iis quae sequuntur apparet postea eundem Victorinum proconsulem Africae etiam unum ex legatis ex Africa Romam dimisisse.

140) Cf. apud veteres *ἡ βασιλέως ἀρχή* Xen. *An.* 1, 5, 9.

141) II. 341. 30 (50, 24, 3) *τὸ γάρ τοι Ῥωμαίους τε ὄντας καὶ τῆς πλείστης καὶ ἀρίστης οἰκουμένης ἄρχοντας*, II. 387. 19 (52, 13, 3) *τὴν πόλιν ταύτην . . . τοσούτων ἀνθρώπων ἄρχουσαν.* Cf. I. 455. 20 (38, 36, 2) *πόλις δέ . . . ἀρχὴν ἔχουσα* et Thuc. 2, 65, 11 *ὡς ἐν μεγάλῃ πόλει καὶ ἀρχὴν ἐχούσῃ.*

142) Conferri potest III. 432. 14 (78, 14, 1) *οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ πόλει μόνῃ τὸ δεινὸν ἔμεινεν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αὐτῆς . . . ἐπέσχεν.*

ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχή[143]) saepius occurrit velut II. 329. 5 (50, 6, 5); II. 422. 25 (53, 12, 9); III. 72. 1 (63, 7, 1) Xiph.; III. 78. 1 (63, 12, 2) Xiph.; III. 138. 10 (66, 4, 3) Xiph.; III. 161. 12 (66, 26, 4) Xiph. III. 291. 14 (72, 10, 1) Xiph.; III. 450. 18 (78, 41, 2). Saepe dubium est, an urbs Roma non excipiatur; certe ipsa urbs non excipienda est III. 166. 1 (67, 2, 3) Xiph. et Exc. Val. Domitianus *ἀπηγόρευσεν ἐπὶ ἐκείνου* (Titi) *ὕβρει μηδένα ἔτι ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνεσθαι*. Cf. II. 368. 15 (51, 17, 8); III. 195. 14 (68, 9, 6) Xiph. et Exc. Urs. s. de leg. gent. ἀρχή

Haud raro ἡ ἀρχή sine additamento aliquo invenitur velut II. 338. 27 (50, 19, 3) *πόστην μὲν ἡ Σικελία μερίδα τῆς ἄλλης ἀρχῆς ... εἶχεν*, II. 398. 24 (52, 27, 3) *αὐτοί τε τοσοῦτον ἀπὸ τῶν τῆς ἀρχῆς ἐσχατιῶν ἀπηρτημένοι*, II. 546. 3 (56, 33, 5) Xiph. Augustus suasit *μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι*. Cf. I. 457. 17 (38, 38, 3); II. 26. 4 (41, 44, 1); II. 209. 8 (46, 55, 4) ubi Sturz hanc vocem recte Latine reddidit *omnes provincias*; II. 239. 10 (47, 39, 5); II. 248. 12 (48, 1, 3); II. 269. 6 (48, 29, 1); II. 421. 29 (53, 12, 3); II. 429. 21 (53, 19, 4); et al.

Manifestum est saepius discerni non posse, utrum de imperio principis an de Imperio Romano agatur velut II. 401. 29 (52, 31, 2) *τὸ ἀξίωμα τὸ τῆς ἀρχῆς* (dignitas principatus aut dignitas Imperii Romani), II. 431. 11 (53, 22, 1) *τὴν ἀρχὴν διῴκησε*, II. 631. 32 (59, 13, 6) et al. III. 382. 22 (77, 9, 5) Exc. Val. Caracalla *καὶ Ῥωμαίους πάντας τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ ... ἀπέδειξεν*, id est: sub eius imperio aut in Imperio Romano ab eo administrato, „onder zijn gezag" aut „in het door hem geregeerde Rijk". Cf. II. 506. 12 (55, 20, 8) *ἐν μέσῃ τῇ σῇ ἀρχῇ* in medio Imperio Romano[144]).

---

[143]) Semel *ἡ ἀρχὴ ἡ τῶν Ῥωμαίων* II. 368. 15 (51, 17, 8); *ἡ Ῥωμαίων ἀρχή*, neque apud Dionem, neque apud Xiphilinum; sed saepissime apud ceteros auctores (cf. Magie *l. l.* p. 58) et Ioannem Antiochenum III. 87. 15 (63, 24, 2).

[144]) II. 418. 21 (53, 8, 2) Augustus in senatu *ἐπειθ᾽ ἑκούσιος αὐτεπάγγελτος καὶ ἀρχῆς τηλικαύτης ἀφίσταμαι καὶ οὐσίας τοσαύτης ἀπαλλάττομαι*. Hoc loco *οὐσία* intellegi non potest; de patrimonio hic non agitur; quam ob rem *ἐξουσίας* legere velim. Quod ad *ἀρχή*, dubito, utrum ad Imperium Romanum an ad dignitatem principis spectet, cf. *τηλικαύτη ἀρχή* II. 385. 11 (52, 10, 2) et II. 500. 4 (55, 14, 4); propter II. 417. 9 (53, 6, 2) *τηλικαύτην ἡγεμονίαν τοσαύτης οἰκουμένης*, I. 535. 21 (40, 60, 1) *ἔκ τε τηλικαύτης καὶ ἐκ χρονίου ἡγεμονίας ἰδιωτεῦσαι*, praefero *tanta dignitate absisto atque tanta potestate me abdico*.

ἡγεμονία

Ἡγεμονία[145]).

Ἡγεμονία[146]), quod vocabulum fere idem valet atque apud Romanos **imperium**, apud Dionem occurrit (1) de imperio *magistratuum*[147]); (2) *de praefectura praetorii* et *de praefectura Aegypti*; (3) *de imperio militum*[148]).

De imperiis magistratuum in universum:

I. 377. 11 (36, 33, 1) *αἵ τε ἀρχαὶ καὶ αἱ ἡγεμονίαι*. Sall. *Bell. Jug.* 3, 1 *magistratus* et *imperia;* cf. Mommsen, *Staatsr.* 1^3 p. 117, 1 (1^2 p. 114, 3). Eadem vocabula I. 408. 30 (37, 23, 4); II. 214. 16 (47, 7, 1) Antonius et Lepidus *ἐν ταῖς ἀρχαῖς ταῖς τε ἡγεμονίαις ἐπὶ πλεῖστον γενόμενοι*, cf. Suet. *Caes.* 54 *neque in imperiis neque in magistratibus.*

I. 85. 5 fragm. 29, 2 Exc. Mai. 49 *ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ ἐξητάσθαι*. II. 663. 16 (60, 2, 1) Claudius *μὴ πρὶν ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ* . . .

---

145) Verbo *ἡγεμονεύειν* Dio non saepe usus est atque ut videtur, plerumque elocutionis causa, ut vocabula *ἄρχειν ἀρχή* varientur: II. 612. 29 (58, 25, 4) *Ποππαῖος δὲ Σαβῖνος τῆς τε Μυσίας ἑκατέρας καὶ προσέτι καὶ τῆς Μακεδονίας ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου παρὰ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν τὴν τοῦ Τιβερίου ἀρχὴν ἡγεμονεύσας*, II. 132. 26 (44, 43, 2) Antonius in oratione de Caesare: *ἐπὶ πλεῖστον ἄρξαι αὐτῷ προσετάξατε· ὅπερ, ἀφ᾽ οὗ ἐδημοκρατήθημεν, οὐδενὶ ἄλλῳ ὑπῆρξε, λέγω δὲ τὸ ὀκτὼ ἔτεσιν ὅλοις ἐφεξῆς ἡγεμονεῦσαι*. Cf. I. 375. 20 (36, 29, 3); II. 422. 19 (53, 12, 8); II. 505. 2 (55, 19, 4); II. 597. 7 (58, 8, 3); II. 652. 17 (59, 27, 3) Xiph.; III. 240. 5 (69, 20, 4) Xiph.; III. 272. 2 (71, 31, 1) Xiph. cf. p. 151; III. 293. 13 (72, 11, 4) Exc. Val. (apud Xiphilinum verbum *ἡγεμονεύειν* deest); III. 316. 23 (73, 12, 4) Xiph.; III. 416. 17 (78, 13, 2); et metri causa III. 57. 4 (62, 18, 4) Xiph. cf. p. 71.

146) Imperium eius, de quo Dio verbis *ἡγεμονία ἡγεμονεύειν* usus est, legibus vel iure quodam nititur, cf. II. 82. 12 (43, 17, 2), quo loco *ἡγεμονεύειν* atque *τυραννεύειν* inter se opponuntur.

147) Aeque ac in sermone Latino (cf. Mommsen *Staatsr.* 1 p. 22, 4) etiam tempus, per quod quis imperium suum gerit, eadem voce designatur velut; II. 512. 2 (55, 27, 6) *ὁ τῆς Ἀχαΐας ἄρχων μεσούσης που τῆς ἡγεμονίας ἀπέθανε*.

148) Imperium, quod quis in alios populos habet, Dioni saepius *ἀρχή*, nonnunquam *ἡγεμονία* est velut I. 15. 9 Exc. Mai. 11, cf. apud Zonaram I. 16. 1 et 2 (lib. 7, 6, 2) *ἡγεμονία* et *ἀρχή*; I. 226. 26 (lib. 9, 2, 9). Cf. *imperium* apud Livium 1, 24, 2 et 25, 2; 22, 10, 2.

Scriptoribus Graecis posterioribus Plutarcho Appiano et in titulis *Imperium Romanum* saepe *ἡγεμονία* est, cf. Magie *l. l.* p. 58. Dio autem, diligentius scriptores veteres secutus, hoc usu abstinuit. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 774, 5 (2^2 p. 750, 5) *Dagegen das Abstractum ἡ ἡγεμονία bezeichnet, wie Bernays mich belehrt, wo es in Beziehung auf Rom gebraucht wird, bei den Griechen das imperium Romanum schlechthin ohne bestimmte Beziehung auf den Principat.* Id non valet, quod ad Dionem.

ἐξητασμένος. Sed I. 255. 15 fragm. 57, 56 fragm. Paris 1. *ἐπ' οὐδεμιᾶς ἐννόμου ἡγεμονίας ἐξήταστο*, cf. I. 379. 11 (36, 36, 3) *ἐπ' αὐτοκράτορός τινος ἡγεμονίας*[149]). *ἡγεμονία*

I. 314. 14 fragm. 70, 3 Max. Conf. Flor.

I. 431. 25 (38, 5, 4) et al.

De rege.

I. 23. 16 Zonaras (lib. 7, 9, 6), cf. vs. 15 *βασιλεία*.

De consule.

I. 67. 7 Zonaras (lib. 7, 19, 4), cf. vs. 5. *ἡ ὕπατος ἀρχή* et Liv. 4, 1, 3 *summum imperium*.

I. 217. 12 fragm. 57, 21 Exc. Mai. 157 *καὶ οἱ ὕπατοι . . . κατὰ χώραν πάντα τὸν τῆς ἡγεμονίας χρόνον ἔμειναν*.

I. 221. 6 fragm. 57, 24 Exc. Mai. 159, cf. Zonaras lib. 9, 1, 6.

I. 347. 2 fragm. 102, 12 Exc. Val. 105 *ὅτι θυόντων τῶν Ῥωμαίων*[150]) *ἱσταμένου τοῦ ἔτους τὰ ἐσιτήρια, καὶ τῇ ἡγεμονίᾳ τὰς εὐχὰς κατὰ τὰ πάτρια ποιουμένων, ὁ υἱὸς Μαρίου δήμαρχόν τινα αὐθεντίᾳ ἀποκτείνας τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τοῖς ὑπάτοις ἔπεμψε* (*εὐχὰς* Reiskius, *ἀρχὰς* cod.), cf. III. 461. 24 (79, 8, 3) *ἐν τῇ τῶν εὐχῶν ἡμέρᾳ*. Haec verba ita interpretari velim: Cum Kalendis Januariis consules sacra facerent et more maiorum (pro salute rei p.)[150a]) vota sollemnia pro magistratu suo nuncuparent, filius Marii caput tribuni pl. cuiusdam, quem sua manu interfecerat, iis misit. Cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 616 (1^2 p. 594) *(An seinem ersten Amtstage) begiebt sich der neue Beamte auf das Capitol . . . um vor allen Dingen dem höchsten besten Juppiter dafür, daß er auch das letzte Jahr die Gemeinde beschirmt hat, die von dem Vorgänger gelobten Rinder darzubringen* (*τὰ ἐσιτήρια θύειν*), *sowie für das laufende Jahr* (*τῇ ἡγεμονίᾳ*, pro suo magistratu, ut mihi videtur) *das gleiche Opfer zu geloben*[151]).

---

[149]) Quod ad usum praepositionum *ἐπί* et *ἐν*, differentiam agnoscere non possum, cf. III. 330. 3 (74, 6, 2) Xiph. et Exc. Val. *ἐπὶ πολλῶν ἐθνῶν ἐξήταστο*, I. 440. 6 (38, 15, 2) *ἐπ' ἀρχῆς* et II. 622. 19 (59, 5, 3) *ἐπ' ἐξουσίας*, sed I. 372. 35 (36, 25, 1) *ἔν τινι ἡγεμονίᾳ εἶναι* et III. 431. 4 (78, 24, 2) *οἱ ἐν ταῖς μεγάλαις ἐξουσίαις γενόμενοι*.

[150]) *τῶν Ῥωμαίων* eclogario attribuere velim; cf. p. 13sq. Consules haec sacra facere solebant: II. 154. 14 (45, 17, 9) *τοῦ Οὐιβίου τὰ ἐσιτήρια τῇ νουμηνίᾳ θύοντος*, cf. III. 318. 25 (73, 14, 4) Xiph.

[150a]) *ὑπὲρ τοῦ δημοσίου* II. 620. 11 (59, 3, 4). Voce *ἡγεμονία* Dio ita non utitur.

[151]) Sturz, qui *ἀρχάς* legit, aeque ac Reimarus vertit: *Calendis Januariis cum Romani sacra facerent et magistratus more maiorum auspicarentur;* in Indice (vol. VIII) *τῇ ἡγεμονίᾳ magistratui auspicando* interpretatur. Wagner et Tafel: *ihr Amt* (*ihre Ämter*) *antraten.* Reiskius, qui *εὐχάς* conciecit: *vota pro salute senatus*

ἡγεμονία

De dictatore.

I. 44. 20 et I. 97. 2 Zonaras (lib. 7, 14, 4 et 26, 9).

I. 216. 9 fragm. 57, 19 Exc. Mai. 156 *ὅτι ὁ Ῥοῦφος ἰσομοιρίαν λαχὼν τῷ δικτάτορι . . . ἐθελοντὴς τὴν ἡγεμονίαν ἀφῆκε*, cf. I. 216. 11 Zonaras (lib. 8, 26, 11).

II. 127. 13 (44, 36, 2) Antonius post Caesaris caedem in contione: *ἐπειδὴ δὲ οὗτός τε* (Caesar) *τὴν μεγίστην ἐν ὑμῖν ἡγεμονίαν ἔχων ἀπόλωλε καὶ ἐγὼ τὴν δευτέραν ἄρχω λαβών*. Hoc loco *ἡ μεγίστη ἐν ὑμῖν ἡγεμονία* (maximum imperium apud vos) ad Caesaris dictaturam perpetuam, *ἡ δευτέρα* (*ἡγεμονία*) ad Antonii consulatum spectare videtur.

De Xviris leg. scrib.

I. 64. 9 Zonaras (lib. 7, 18, 3).

De praetore.

I. 384. 4 (36, 44, 1) Cicero *ἐστρατήγει γὰρ καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ δικαστηρίου εἶχεν*. Quaestioni praeerat, sc. de repetundis. Hoc uno loco qui iurisdictioni praeest, *ἡγεμονίαν* (*δικαστηρίου*) habere dicitur a Dione, Aeschinem secuto *or.* 3, 14 et 27. Imperium quaestionis apud scriptores Latinos nunquam inveni.

De eo qui cum prorogato imperio est.

I. 259. 1 fragm. 57, 62 Exc. Val. 48: a. 204 a. C. *ἐβουλεύσαντο εὐθὺς ὑπὸ ὀργῆς τῆς τε ἡγεμονίας αὐτὸν* (Scipionem) *παῦσαι καὶ ἐπὶ δίκην ἀνακαλέσαι*. P. Cornelius Scipio consul fuit a. C. 205. Cf. Liv. 29, 13, 3. *Ei cum eo exercitu, cum ea classe, quam habebat, prorogatum in annum imperium est*, et 29, 19, 6 *agi cum tribunis plebis, ut de imperio eius abrogando ferrent ad populum.*

I. 279. 10 Zonaras (lib. 9, 16, 5) *οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τῷ Φλαμινίῳ τὴν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἡγεμονίαν καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ψηφισάμενοι ἔτος, αὐτῷ ἀνέθεντο καὶ τὰ κατὰ Φίλιππον*. Cf. Liv. 32, 28, 9 *Patres T. Quinctio prorogaverunt imperium, donec successor ex senatus consulto venisset.*

I. 349. 18 fragm. 107, 1 Exc. Val. 118 Pompeius a. 83 a. C. *ἐξωρμήθη ἐς τὸ Πικηνὸν . . . καὶ παρ' ἐκείνων χεῖρά τινα διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἡγεμονίαν ἀθροίσας δυναστείαν ἰδίαν συνίστη*. Pater Cn. Pompeius Strabo consul a. 89 a. C. Picentes proelio vicit, Asculum expugnavit; postero anno pro consule Vestinos et Paelignos in deditionem accepit imperiumque, cum milites eius Q. Pompeium Rufum successorem interfecissent, retinuit. Vox *ἡγεμονία* Strabonis

consulatum imperiumque prorogatum complecti videtur, filius autem *δυναστείαν ἰδίαν* sibi peperisse dicitur, quia *ἡγεμονία* iure quodam nititur. *ἡγεμονία*

De privato cum imperio.

I. 240. 13 Zonaras (lib. 9, 7, 3) a. 210 a. C. *ἄλλῳ δέ τινι τὴν ἡγεμονίαν ἐψηφίσαντο ἐγχειρίσαι*, sc. imperium in Hispania; P. Cornelius Scipio id imperium accepit, *μὴ ἐννόμου ἡγεμονίας λαβὼν ὄνομα ἐξ ὧν ἐχειροτονήθη* I. 241. 5 fragm. 57, 40 Exc. Val. 41; neque postea triumphus ei decretus est, *ὅτι ἰδιώτης τε ὢν ἐστράτευτο καὶ ἐπ' οὐδεμιᾶς ἐννόμου ἡγεμονίας ἐξήτασто*, I. 255. 15 fragm. 57, 56 fragm. Par. Cf. Liv. 26, 2, 5 *cum imperio mitti in Hispaniam.*

I. 372. 7 (36, 24, 1) *τοσαύτην ἡγεμονίαν* de imperio rogatione Gabinia constituto, de quo Catulus his quoque verbis utitur: *ἂν . . . ξένην δέ τινα καὶ μήποτε γεγενημένην ἡγεμονίαν ἰδιώτῃ προστάξητε* I. 377. 22 (36, 33, 3), cf. vs. 14 *καινήν τινα ἀρχήν* et *καινὴν ἡγεμονίαν . . . ἀποδειχθῆναι* I. 378. 5 (36, 34, 3).

I. 378. 31 (36, 36, 1); I. 379. 11 (36, 36, 3); I. 379. 22 (36, 36a) Xiph.

De imperio extraordinario,
quod nonnunquam imperium aliquod iam habenti mandatur.

II. 179. 3 (46, 12, 1) Q. Rufius Calenus Ciceronem increpans dicit: *ἀλλὰ σύ, ὅστις Πομπηΐῳ μὲν καὶ στρατεύματα ἀλλότρια καὶ ἡγεμονίαν ἔδωκας*. Hoc loco *στρατεύματα ἀλλότρια* eae duae legiones sunt, quas consul Marcellus Pompeio tradidit, cf. I. 538. 14 (40, 64, 4). Voce *ἡγεμονία* Calenus id imperium significasse videtur, quod Catone auctore senatus Pompeio decrevit, cf. Lange *Röm. Alterth.* 3^2 p. 401. Calenus ira commotus Ciceroni iniungit, quod alii fecerunt.

II. 206. 21 (46, 51, 1) *ἀμέλει τόν τε Σιλανὸν* (qui a Lepido missus in pugna Mutinensi Antonio auxiliatus erat) *ὁ Λέπιδος ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμμαχίᾳ διεμέμψατο, καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ ἐλθόντι οὐκ εὐθὺς ἐς λόγους ἀφίκετο, ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ προσκατηγορῶν αὐτοῦ ἐπέστειλεν, ὥστε καὶ ἐπαίνους ἐκ τούτου καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πρὸς αὐτὸν πολέμου λαβεῖν*[152]). Vocibus *αὐτῷ ἐκείνῳ* Antonium designari manifestum est[153]). Cum Antonius D. Brutum atque Mutinam obsideret,

[152]) Herodot. 6, 2 Histiaeus *ὑπέδυνε τῶν Ἰώνων τὴν ἡγεμονίην τοῦ πρὸς Δαρεῖον πολέμου.*

[153]) Sturz non recte: *bellum contra Silanum.* Contra Silanum bellum gerere non necesse erat. Lepidus non amplius eius opera usus est neque ulli negotio eum praefecit; quod suffecit, cf. Cic. *ad fam.* 10, 34, 2.

ἡγεμονία a senatu Lepidus Plancusque auxilio arcessiti sunt[154]), II. 191. 5 (46, 29, 6) et cf. II. 197. 19 (46, 38, 6) et II. 206. 2 (46, 50, 2). Sed hi cunctati sunt: Lepidus Silanum misit, qui etiam Antonium adiuvit; Plancus in itinere erat, cum exitum pugnae Mutinensis comperiret. Exitu huius pugnae cognito senatus Lepidum Plancumque ex Italia remotos habere maluit, certe eos, cum eorum opera non iam opus esset, in provincia sua manere iussit, II. 206. 3 et 6 (46, 50, 2 et 3), iisque mandavit, ut coloniam Lugudunum deducerent, II. 206. 8 sq. (46, 50, 4 sq.)[155]). Sed praeter opinionem Antonius in Galliam evasit. Itaque Lepido Planco Asinio[156]) senatus mandavit, ut Antonio appropinquanti bellum inferrent, Lepido autem *summum belli imperium* (*τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πρὸς αὐτὸν πόλεμον*) decreverunt, ut par est[157]) quia Lepidus pro consule, Plancus et Asinius pro praetore erant.

De praeside provinciae senatorii ordinis.

ἡγεμονία nunquam ad regionem administratam spectat.

Voces *ἡγεμονία ἔθνους* (*ἡγεμονίαι ἐθνῶν*) saepe apud Dionem, ubi Latine *provincia (provinciae)*; „imperium provinciae", quantum scio, Latine non dicitur.

II. 101. 24 (43, 47, 5) Caesar *Λουκίῳ τινὶ Βασίλῳ ἡγεμονίαν μὲν ἔθνους οὐδεμίαν καίτοι στρατηγοῦντι ἐπέτρεψε.*

II. 204. 24 (46, 48, 3).

II. 221. 8 (47, 15. 3) IIIviri r. p. c. *τοὺς στρατηγούς . . . ἐς τὰς ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν ἔστειλαν* (in provincias miserunt). In vocabulis Latinis de regione equidem cogito (num recte, nescio), vocabula

---

[154]) Non recte Lange *Röm. Alterth.* 3^2 p. 536, 8: *zu früh erwähnt von Dio C.* 46, 29. Etiam ex Cic. *ad fam.* 10, 33, 1 apparet Plancum Lepidumque aliquanto ante pugnam Mutinensem auxilio arcessitos esse; Asinius enim, si ipse quoque arcessitus esset, mature ex Hispania se venire potuisse iudicat.

[155]) Cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 628, 2 (2^2 p. 610, 2). Von Gardthausen, *Aug. u. seine Zeit* 1, p. 113 tempora accurate indicare omisit. Lange *R. A.* 3^2 p. 542, 6, Drumann-Groebe 1^2 p. 255, 1 et p. 463; 4^2 p. 224, 8 a Dione dissentiunt, sed tantum eatenus recte, quod Dio falso narravit hoc mandatum statim ab iis perfectum esse, cf. II. 206. 12 (46, 50, 5) *ἔκτισαν*. Drumann oblitus est post pugnam Mutinensem omnia mutata esse. Plancus postea solus coloniam deduxit, quia Lepidus mox cum Antonio se coniunxit atque IIIvir r. p. c. factus est.

[156]) Cf. Appianus *bell. civ.* 3, 74 *ἔγραφον δὲ καὶ Λεπίδῳ καὶ Πλάγκῳ καὶ Ἀσινίῳ πολεμεῖν ὅπως πλησιάσειαν Ἀντωνίῳ.* Sine causa Lange *R. A.* 3^2 p. 536, 8 *nicht ganz richtig App. b. c.* 3, 74.

[157]) Dio Lepido summum imperium delatum esse dicit, propterea quod cum Antonio non collocutus est, immo eum apud senatum accusavit.

Graeca ad munera suscipienda spectant. Quod ad *ἐς*, cf. I. 518. 30 (40, 30, 1); II. 403. 26 (52, 33, 3); et al.; *πρός* habes III. 474. 5 (80, 1, 2) Xiph., cf. p. 158. *ἡγεμονία*

II. 423. 37 (53, 14, 1) *ἡγεμονίας ἐθνῶν ἔσχον*.

II. 610. 18 (58, 23, 5) *τὰς ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν . . . σχεῖν*.

II. 686. 24 (60, 25, 6) *ἐς ἡγεμονίαν ἔθνους . . . κληροῦσθαι*. Quod ad *ἐς*, cf. I. 533. 29 (40, 56, 1); II. 467. 16 (54, 26, 6).

Huc pertinet:

II. 531. 25 (56, 18, 3) *τήν τε ἡγεμονίαν τῆς Γερμανίας*[158]).

II. 317. 16 (49, 36, 4) et III. 474. 5 (80, 1, 2) Xiph. *ἡ ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονία* imperium legionis III. Aug., ut in tertio appendice probavi, cf. p. 158 sqq.

ἡγεμονία praeterea invenitur:

I. 449. 25 (38, 28, 4) Philiscus Ciceronem increpat exulantem *οὔτ᾽ αὖ ἡγεμονίας τινὸς ἐπιθυμεῖς, ὅς γε καὶ τὴν δοθεῖσάν σοι* (Macedoniae) *ἐξέστης*[159]). Huius imperii emolumenta (*τὰ ἀπ᾽ αὐτῆς κέρδη*) atque potestatem (*τὴν ὀλιγοχρόνιον . . . ἐξουσίαν*) Cicero repudiaverat.

I. 483. 23 (39, 33, 3).

I. 498. 28 (39, 60, 4) Gabinius proconsul Syriae *ὥσπερ ἀθάνατον τὴν ἡγεμονίαν εἰληφὼς κατεῖχεν αὐτήν*, cf. vs. 27 *ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ διαδοχῇ*.

I. 527. 15 (40, 44, 1); I. 535. 11 et 21 (40, 59, 3 et 60, 1).

II. 3. 16 (41, 4, 4) *αἴτιον δὲ ὅτι αὐτός τε* (Labienus legatus Caesaris) *καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν περιβαλόμενος ὀγκηρότερον τῆς ἡγεμονίας διάγειν ἤρξατο*. Coll. Xen. *Hell.* 3, 4, 8 *Λύσανδρος τῆς βασιλείας ὀγκηρότερον διάγων* apparet voce *ἡγεμονία* imperium proconsulis designari: superbius se gerens quam vel proconsulatum deceret.

II. 20. 26 (41, 34, 4). II. 50. 11 (42, 20, 4).

II. 88. 13 (43, 25, 3) *ἡγεμονίαν τινὰ ἔχειν* alicui provinciae praeesse, cf. vs. 12 *ἄρχειν*.

II. 156. 27 (45, 22, 3).

---

158) Praefectura Aegypti *ἡ τῆς Αἰγύπτου ἡγεμονία* III. 264. 8 (71, 22, 2) Xiph. Ordinem verborum Xiphilino attribuere velim cf. adn. 121. Quod ad II. 403. 26 (52, 33, 3), dubito ordinem verborum in numerum discrepantiarum ascribere, quae tantum ad librum 52 pertinent.

159) *ἐξίστασθαι ἀρχῆς* munere, quo quis fungitur, se abdicare II. 2. 4 (41, 1, 4); II. 100. 19 (43, 46, 3); II. 288. 11 (48, 53, 4); *ἐξίστασθαι ἀρχήν* munus oblatum recusare II. 561. 5 (57, 2, 4), cf. II. 3, 2 (44, 9, 2); III. 273. 6 (71, 32, 3) Xiph.

ἡγεμονία II. 226. 15 (47, 22, 2) Brutus Caesare interfecto nonnullis provinciis potitus eas senatui tradidit. Senatores eum *πάντων τῶν ἐκεῖ χωρίων ἄρχειν ἐκέλευσαν· ὡς οὖν καὶ ἐκ τοῦ δόγματος τὴν ἡγεμονίαν ἐβεβαιώσατο* . . ., cf. Cic. *Phil.* 10, 11, 26 *uti . . . Brutus pro consule provinciam Macedoniam Illyricum cunctamque Graeciam tueatur defendat custodiat incolumemque conservet.* Appianus *Bell. civ.* 3, 64 Brutum Cassiumque *ἡγέμονας ἡγεμόνων* appellat.

II. 423. 31 (53, 13, 8) *τά τε τῆς ἡγεμονίας κοσμήματα... ἑκάτεροι ὁμοίως ἀναλαμβάνουσι* sc. insignia legatorum Augusti pro praetore, et qui consulares, et qui non consulares sunt. Paulo supra II. 423. 9 (53, 13, 4) *τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα* de insignibus proconsulum, qui senatus provinciis praesunt. Tamen ceteris locis collatis apparet Dionem de utriusque dignitate et *ἡγεμονίαν* et *ἀρχήν* dicere[160]). Ita *ἡγεμονία* de provincia senatus II. 424. 8 (53, 14, 3); II. 512. 2 (55, 27, 6); II. 550. 30 (56, 40, 3); III. 428. 2 et 9 (78, 22, 4 et 5).

II. 679. 28 (60, 17, 8); III. 294. 7 (72, 12, 3) Xiph.

Provinciae *αἱ ἔξω ἡγεμονίαι*[161]) nominantur, ubi Dio de eo senatus consulto et ea lege (annorum 53 et 52 a. C.) mentionem facit, quibus intervallum quinquennii inter consulatum praeturamve et imperium provinciae constitutum est, I. 518. 30 (40, 30, 1); I. 528. 21 (40, 46, 2); I. 533. 29 (40, 56, 1). Sed antequam haec lex valere coepit, Caesar iam rerum potitus est. Quomodo res tum temperata est, narratur II. 50. 11 (42, 20, 4), quo uno loco provinciae *αἱ ἐν τῷ ὑπηκόῳ ἡγεμονίαι* dicuntur. Augustus intervallum quinquennii iis statuit, qui in senatus provincias mittebantur, II. 423. 37 et 424. 4 (53, 14, 1 et 3)[162]).

---

[160]) Dio saepius voces *ἡγεμονία* atque *ἀρχή* alteram cum altera elocutionis causa variavit, cf. I. 498. 27 et 28 (39, 60, 4); I. 535. 21 et 22 (40, 60, 1) et al.

[161]) *αἱ ἔξω ἀρχαί* II. 224. 28 (47, 20, 2). Hoc quoque loco imperia provinciarum muneribus domi opponuntur. II. 395. 8 (52, 23, 1) *οἱ τὰς ἔξω τῆς πόλεως ἀρχὰς ἐπιτρεπόμενοι* omnes ex ordine senatorio complectuntur, quibus aliquod munus in provincia mandatum est.

[162]) *Αἱ μείζους ἡγεμονίαι* provinciae appellantur in Maecenatis oratione libri 52. Maecenas suadet, ut totum Imperium ab integro dividatur, et in singulas provincias vir consularis (*ὑπατευκὼς ἄρχων*) mittatur, qui toti provinciae praesit, atque duo *ἄρχοντες ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων*, qui partem administrationis accipiant II. 394. 23 (52, 22, 3), cf. II. 395 1 (52, 22, 5). Hi praesides consulares *οἱ μείζους ἄρχοντες* appellantur II. 403. 11 (52, 33, 1), eorum munera *αἱ μείζους ἡγεμονίαι* II. 394. 11 (52, 21, 8) et II. 395. 17 (52, 23, 3). Haec vocabula *οἱ μείζους ἄρχοντες, αἱ μείζους ἡγεμονίαι, ὁ ὑπατευκὼς ἄρχων* apud Dionem non inveniuntur nisi in hac Maecenatis oratione.

De IIIviris rei p. constituendae. *ἡγεμονία*

II. 250. 28 (48, 5, 1); II. 289. 16 (48, 54, 6); II. 339. 14 (50, 20, 3); II. 343. 5 (50, 26, 1).

De principe.

II. 421. 20 (53, 12, 1) Augustus a senatoribus adductus, ut *αὐταρχῆσαι*, principem esse, velit, *τὴν . . . ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ παρὰ τῆς γερουσίας τοῦ τε δήμου ἐβεβαιώσατο.*

II. 426. 5 (53, 16, 3) *ὅμως διὰ τῶν δέκα ἀεὶ ἐτῶν ἑώρτασαν ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις τότε ἀνανεούμενοι· καὶ τοῦτο καὶ νῦν γίγνεται.*

II. 439. 19 (53, 31, 4); II. 454. 12 (54, 12, 5); II. 483. 29 (55, 6, 1).

II. 486. 31 (55, 9, 1) *ἰδὼν ὁ Αὔγουστος τόν τε Γάιον καὶ τὸν Λούκιον αὐτούς τε μὴ πάνυ, οἷα ἐν ἡγεμονίᾳ τρεφομένους, τὰ ἑαυτοῦ ἤδη ζηλοῦντας*, „in principatu educatos", cf. III. 430. 19 (78, 24, 1) *ἐν τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἡγεμονίᾳ* coniuge principe et III. 154. 6 (66, 19, 1) Xiph. *ἐν τῇ αὐτοῦ ἡγεμονίᾳ* se principe[163]).

II. 497. 7 (55, 12, 3) Xiph.; II. 500. 13 (55, 14, 6); II. 545. 23 (56, 33, 2) Xiph.

II. 554. 26 (56, 44, 3) *ἡγεμονία* Augusti principatum, *δημοκρατία* liberam rem publicam significat.

II. 565. 4 (57, 7, 1) *ἡγεμονία* et *ἀρχή*.

II. 570. 20 (57, 13, 6); II. 581. 1 (57, 19, 4) et saepius.

III. 153. 2 (66, 17, 4) Xiph. *οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες* principes Romani sunt[164]).

III. 315. 15 (73, 11, 2) Xiph. *ἡ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονία.* Hoc loco *τῶν Ῥωμαίων* genitivus obiectivus est, cf. II. 120. 24 (44, 26, 4) Athenienses *τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς ἀντεποιήσαντο.* Sic *imperium populi Romani* apud Tacitum *ann.* 1, 28. Tenendum est in vocabulis *ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχή* (Imperium Romanum) *τῶν Ῥωμαίων* genitivum subiectivum esse.

III. 461. 7 (79, 7, 3) *τῷ . . . τῆς ἡγεμονίας ἐπιβεβατευκέναι*[165]).

Plures locos laudare iam omittam.

---

[163]) *ἐν ἡγεμονίᾳ cum imperio* I. 85. 5 fragm. 29, 2 Exc. Mai. 49; I. 372. 35 (36, 25, 1); II. 214. 16 (47, 7, 1); II. 663. 16 (60, 2, 1) Xiph.

[164]) Alio sensu *οἱ τὴν αὐτοκράτορα ἔχοντες ἡγεμονίαν* I. 21. 3 Zonaras (lib. 7, 8, 7) cf. p. 40; *οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες* in universum omnes sunt qui principatum aliquem habent, II. 491. 15 (55, 10, 3); III. 101. 2 (64, 2, 2) Xiph.

[165]) Haec verba in memoriam revocant Herod. 3, 63 et 67; 9, 95 *τοῦ Σμέρδιος οὐνόματος (τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος) ἐπιβατεύειν.*

ἡγεμονία

De praefecto praetorio.

Vide adn. 227.

De praefecto Aegypti.

Vide p. 110 sq..

De imperio militum[166]).

Plerumque Dio *τῶν στρατιωτῶν* addidit, ut clare imperium militum significaret: II. 60. 14 (42, 40, 1); *σφῶν* (militum) I. 424. 4 (37, 53, 2); *αὐτῶν* (militum) I. 518. 3 (40, 28, 2).

I. 348. 13 fragm. 104, 4 Exc. Val. *ὅτι διαφορᾶς τινος τῷ Φιμβρίᾳ πρὸς τὸν ταμίαν γενομένης ἠπείλησεν αὐτῷ ὁ Φλάκκος ἄκοντα ἐς Ῥώμην ἀποπέμψειν, λοιδορησάμενόν τέ τι διὰ τοῦτο αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν ἀφείλετο.* Fimbria Valerio Flacco consuli legatus erat, cf. *ὑποστράτηγος* I. 347. 7 fragm. 104, 1 Exc. Val. (vide p. 82 sqq.) atque locos ibi a Boissevaino laudatos. Legatus ipse a senatu nullum imperium accipit, sed saepius magistratus, ad quem legatus est, ei imperium aliquod militum mandavit; ita Fimbria a Valerio praefecturam equitum accepit (Vell. 2, 24, 1), quam praefecturam (*ἡγεμονίαν*) ei rursus ademptam esse hic apparet.

I. 424. 4 (37, 53, 2) *ὁ τὴν ἡγεμονίαν σφῶν ἔχων* is appellatur, qui parti copiarum Caesaris, propraetoris Hispaniae ulterioris, praeest.

I. 81. 1 fragm. 25, 7 Exc. Val. 14. II. 69, 31 (42, 57, 1).

Βασιλεύς βασιλικός βασίλειος.

Quatenus haec vocabula apud Dionem de principatu usurpata inveniantur, hoc capite persequor iis locis ubi de regno agitur omissis Plerumque sicubi *princeps* vocabulo *βασιλεύς* designatur, id eclogariis excerptoribusque attribuendum esse inter omnes constat. Tamen is usus apud Dionem non prorsus deest; postquam igitur usum eclogariorum excerptorumque illustravi, eos locos tractabo, ubi Dio ipse haec vocabula usurpavit.

---

166) Extra rem publicam Romanam II. 60. 14 (42, 40, 1) Ganymedes eunuchus *τήν τε ἡγεμονίαν τῶν στρατιωτῶν παρέλαβε.* De imperio exercitus Carthaginiensis apud Zonaram I. 155. 3 (lib. 8, 11, 5); I. 188. 15 (lib. 8, 21, 3); I. 267. 7 (lib. 9, 13, 10). Praeterea III. 170. 12 (67, 6, 1) Exc. Val. 284 *ὅτι Δούρας, οὗ ἡγεμονία ἐγίγνετο, ἑκὼν αὐτῆς παρεχώρησε τῷ Δεκεβάλῳ τῷ Δακῶν βασιλεῖ.* Rk. ⟨ἡ⟩ *ἡγεμονία*; Boissevain adnotat: *reciperem si constaret haec ipsa Dionis verba esse. ἡγεμονία* aut de imperio exercitus dicta est, quod praefero, aut de toto principatu diversarum gentium, quae contra Romanos se coniunxerant. Cf., quod ad verba, III. 265, 32 (71, 24, 4) Xiph. ubi Marcus Aurelius dicit: *ἡδέως ἂν ἀμαχεὶ παρεχώρησα αὐτῷ* (Avidio Cassio) *τῆς ἡγεμονίας.*

Quod Petrus Patricius et Joannes Antiochenus *principem* βασιλέα appellare eumque βασιλεύειν dicere solent, id illustrare vix opus est: λέγετε τοῖς οἴκοι Περτίνακα ἄρχειν III. 310. 22 (73, 6, 1) Exc. Val. et Xiph., sed Petrus Patricius ibidem ἀπαγγείλατε τοῖς οἴκοι Περτίνακα βασιλεύειν. Sic III. 99. 6 (63, 99, 3) ἄρχειν Xiph. et Zon., βασιλεύειν Joann. Antioch.; III. 264. 23 (71, 22, 3) αὐταρχία Xiph., βασιλεία Joann. Antioch.; III. 57. 4 (72, 18, 4) ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει Xiph., sed hexametro invito βασιλεύσει Petrus Patricius; ibidem vs. 7 ἐμονάρχησε Xiph., cf. ἐβασίλευσαν apud Petrum Patricium. βασιλεύς

Dio II. 619. 1 (59, 2, 4) τὰ λοιπὰ χρήματα, sed Exc. Val. 199 τὰ βασιλικὰ χρήματα, cf. p. 13. Exc. Urs. s. de leg. Rom. 19 (III. 432. 19) incipit: ὁ Μακρῖνος ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεύς, cf. p. 15; III. 210. 8 (68, 21, 1) Exc. Urs. s. de leg. gent. τῷ βασιλεῖ, ubi Boissevain adnotat: *eclogarii, non Dionis;* III. 256. 14 (71, 5, 3) Exc. Val. 303 ὕστερον δὲ βασιλεύσας, ubi Boissevain cum alia adnotat, tum haec verba procul dubio eclogario deberi. Etiam III. 148. 13 (66, 12, 2) Exc. Val. 273 βασιλεία Dioni abiudicare velim; Xiphilinus paulo supra vs. 5 eodem sensu μοναρχία habet.

Xiphilinus III. 437. 9 (78, 30, 2) ἡ Μέσα ἡ τῆς Ἰουλίας τῆς βασιλίδος ἀδελφή, Dio autem τῆς Αὐγούστης; III. 31. 7 (61, 10, 2) ed. R. Steph. 152, 7 τὰς βασιλίδας, sed exc. Val. 239 τὴν Μεσσαλῖναν; III. 55. 5 et 7 (62, 16, 1) ἐπεθύμησεν (Nero) ὅπερ που ἀεὶ ηὔχετο, τήν τε πόλιν ὅλην καὶ τὴν βασιλείαν ζῶν ἀναλῶσαι· τὸν γοῦν Πρίαμον καὶ αὐτὸς θαυμαστῶς ἐμακάριζεν ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἅμα καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπολομένας εἶδεν. Xiphilinus voces βασιλείαν atque ἀρχήν inter se mutasse videtur: Dionem Neroni ἀρχήν (πόλις et ἀρχή saepius inter se coniunguntur, cf. II. 32. 33 lib. 41, 56, 1), Priamo βασιλείαν attribuisse puto, cf. II. 610. 14 (58, 23, 4), ubi Dio ferme isdem verbis, in quibus βασιλεία, de Priamo usus est. Xiphilino quoque tribuerim vocabulum βασιλεία III. 279. 10 (71, 36, 4), ubi verba περὶ οὗ ἤδη ῥητέον, ἀπὸ χρυσῆς τε βασιλείας ἐς σιδηρᾶν καὶ καταιτιωμένην τῶν τε πραγμάτων τοῖς τότε Ῥωμαίοις καὶ ἡμῖν νῦν καταπεσούσης τῆς ἱστορίας ab eo si non addita, at certe mutata esse puto. Et τοῖς τότε Ῥωμαίοις (in quo numero Dio ipse quoque putandus est) et ἡμῖν νῦν (de se ipso, historiarum scriptore dictum)[167]) a Dionis sermone

[167]) Dio de se ipse, historiarum scriptore, numero singulari uti solet. Ex omnibus locis, qui in editionibus Reimari atque Sturzii collecti sunt, exempli causa hic exscribam III. 412. 17 (78, 10, 1); ἐμοὶ δὲ δὴ ... προεδηλώθη τρόπον

βασιλεύς aliena sunt. Complura vocabula vel potius haec omnia Xiphilini mihi videntur, apud quem etiam καταιτιωμένην (verbum a Boissevaino e textu remotum pro Reiskii coniectura κατιωμένην) fortasse ferri potest. Sententia quoque parum Dionea mihi videtur. Ceterum Xiphilinus qui suum opus secundum imperatores divisit, ut dicit ipse III. p. 497 in fine (ed. Dind. p. 35, 6), talibus verbis ad Commodi historiam apte transit.

Quod ad Zonaram, eum *βασίλειον* de suo addidisse lib. 10, 32, iam vidimus p. 11.

Id non mirum est, quod hi omnes ad *principem* designandum his vocabulis usi sunt, verum id potius quod Dio ea vitavit. Nam apud Graecos trita fuisse videntur; apud Josephum, Dionem Chrysostomum, Aristidem, Appianum, Herodianum saepe occurrunt; atque etiam apud Dionem ipsum[168]), ubi verba Graeca citat: III. 425. 2 (78, 20, 2) *ὥστε . . . ἑλληνιστὶ εἰπεῖν „ὦ καλῆς ἡμέρας τῆς τήμερον, ὦ καλῶν βασιλέων"*. Equidem etiam in vocabula citata referre velim *βασιλίς* III. 78. 20 (63, 13, 2) Xiph. et III. 467. 3 (79, 14, 4) Exc. Val. et Xiph.[169]); *βασιλεύειν* III. 20. 2 et 5 (61, 2, 1 et 2) Xiph. et Petr. Patr. Exc. Vat. 45 in vaticinatione sermone Graeco facta, ut mihi videtur; III. 35. 3 (61, 11, 2) Xiph.; III. 227. 23 (69, 6, 3) Xiph.; III. 363. 6 (76, 8, 1) Xiph. Praeterea in verbis citatis habenda sunt III. 241. 11 (69, 22, 4) Xiph.: Hadrianus *λέγων καὶ βοῶν τὸ δημῶδες ὅτι πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν*[170]).

Ultimos libros Dio minus diligenter elaborasse mihi videtur neque usui vocabulorum in hac parte operis eandem diligentiam adhibuisse. Sic usum vocis *βασιλεία*, si locus recte suppletus est, explicare velim III. 438. 1 (78, 30, 3). Quod ad III. 424. 13 (78, 20, 1), fortasse ⟨*ἀβασίλ*⟩*ευτος* quod vocabulum citatum non est, huc pertinet, sed id recte suppletum esse nondum constare mihi videtur.

τινὰ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὅτι καὶ ταῦτα γράψοιμι. Plurali numero Dio non utitur nisi una cum aliis aliquid faciens.

[168]) Dio hoc vocabulum re quidem sed non ex iure rectum putavit, cf. II. 427. 8 (53, 17, 2) *οὐκ ἔστιν ὅπως (οἱ Ῥωμαῖοι) οὐ βασιλεύονται.* Itaque hic quoque apparet in vocabulis publicis Dionem diligentem esse studuisse, cf. Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 764 sq. (2[2] p. 740 sq.).

[169]) Quamquam *regina* apud scriptores Latinos non deest (cf. Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 764, 4 vel 2[2] p. 741, 1), tamen Neronem atque Elagabalum vocabulis Graecis appellatos esse veri simile mihi videtur.

[170]) Ceterum in hoc vetere proverbio Graeco, ut videtur, quamquam Hadrianus id in se convertit, *βασιλέα* non specialiter ad principem spectare patet (aliter Magie *l. l.* p. 62).

Restant vocabula derivata *βασιλικός* atque *βασίλειος*. Adiectivum *βασιλικός* pro iis quae principis sunt occurrit II. 609. 14 (58, 22, 5) *τὸ βασιλικὸν μνημεῖον*; III. 432. 5 (78, 25, 4) *τὰ βασιλικὰ κτήματα*. Itaque ceteris locis id adiectivum Dioni temere abiudicare non licet: II. 663. 3 (60, 1, 3) Xiph. Claudio *τοῦ βασιλικοῦ γένους ὄντι* (cf. Zon. *ἐκ γένους ὄντα βασιλικοῦ*), quod ad verba cf. II. 613, 11 (58, 26, 2) et I. 497. 6 (39, 57, 1); III. 77. 14 (63, 11, 4) Exc. Val. *ἔξω δὴ τῶν βασιλικῶν γραμμάτων οὐδὲν ἰδιωτικὸν διεπέμπετο*; III. 174. 4 (67, 7, 4) Exc. Urs. s. de leg. Rom. 14 *τὰ βασιλικὰ ἔπιπλα*, cf. III. 188. 12 (68, 2, 2) Xiph.; III. 219. 15 (68, 31, 3) Xiph. *στολή*; III. 230. 16 (69, 10, 1) Xiph. *παρασκευή*; III. 324. 11 (74, 1, 1) Exc. Salm. 127 Mueller *φυλακή*[171]); III. 133. 5 (65, 20, 3) et III. 327. 11 (74, 3, 3) Xiph. *δίφρος*; III. 361. 7 (76, 6, 2) Xiph. *ἀπελεύθεροι* (hoc utique loco Dioni id vocabulum abiudicare velim); III. 429. 2 (78, 23, 2) *θεραπεία*. *βασιλεύς*

Substantivo *τὸ βασιλικόν* (sc. *ταμιεῖον*) *thesaurus* atque *tabularium principis* designatur. Vocabulum *τὸ βασιλικόν*[172]) apud Dionem primum occurrit Claudio principatum ineunte: II. 667. 12 (60, 4, 5) *τά τε γράμματα ἃ ἐπλάσσετο μὲν ὁ Γάιος κεκαυκέναι εὑρέθη δὲ ἐν τῷ βασιλικῷ ὄντα, τοῖς τε βουλευταῖς ἀπέδειξε, καὶ ἔδωκε καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς τε γράψασιν αὐτὰ καὶ καθ᾽ ὧν ἐγέγραπτο ἀναγνῶναι, καὶ μετὰ τοῦτο κατέφλεξε*. Ceteris locis collatis tabularium principatus voce *τὸ βασιλικόν* hoc loco designari patet, non principis domum vel palatium.

III. 24. 18 (61, 5, 5) Exc. Val. *ἐκ τοῦ πλήθους τῶν δαπανωμένων ταχὺ μὲν τοὺς ἐν τῷ βασιλικῷ θησαυροὺς ἐξήντλησε*. Hic Xiphilinus *ἐν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι*, sed *κοιτῶνι* ipsius Xiphilini additamentum esse, *κοιτῶνα* apud Byzantinos fiscum privatum dici monuisse Reiskium adnotat Boissevain. Zonaras *τοὺς βασιλικοὺς ἐξήντλησε θησαυρούς*.

III. 119. 4 (65, 4, 2) Exc. Val. et Xiph. *ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ Γαλερία ὡς ὀλίγου ἐν τῷ βασιλικῷ κόσμου εὑρεθέντος κατεγέλα*. Cf. Petr. Patr. *exc. Vat.* 92 in fine paginae 119: *τὸν κόσμον ἐμέμφετο τὸν ἐν τῷ παλατίῳ εὑρεθέντα ὡς ὀλίγον ὄντα*.

---

[171]) Cf. III. 280 Exc. Salm. 117 *βασιλικὸς κόσμος* (sed Zonaras *τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις κειμήλια*) et *τὰ βασιλικὰ σκεύη* (Zonaras *τὰ κτήματα* vel *χρήματα τὰ βασιλικά*).

[172]) De Cleopatrae gaza II. 368. 3 (51, 17, 6) *χρήματα δὲ πολλὰ μὲν ἐν τῷ βασιλικῷ εὑρέθη (πάντα γὰρ ὡς εἰπεῖν καὶ τὰ ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἱερῶν ἀναθήματα ἡ Κλεοπάτρα ἀνελομένη κ. τ. λ.)*.

βασιλεύς III. 229. 5 (69, 8, 1) Xiph. *ἀφῆκε τὰ ὀφειλόμενα τῷ τε βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ τῷ τῶν Ῥωμαίων*, cf. Zonarae *τῷ βασιλικῷ ταμείῳ*[172a]).

III. 272. 20 (71, 32, 2) Xiph. *καὶ τοῖς ὀφείλουσί τι τῷ βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ πᾶσι πάντα τὰ ὀφειλόμενα ἀφῆκεν*. Zonaras: *τῷ βασιλικῷ ταμείῳ*[173]).

III. 409. 13 (78, 6, 3) *καὶ ἐκεῖνα μὲν (τὰ φάρμακα) ἐν τῷ βασιλικῷ μετὰ ταῦθ' εὑρεθέντα κατεκαύθη*.

III. 417. 4 (78, 13, 3) *καίτοι καὶ τῷ βασιλικῷ συνδεδικηκότα* quamquam advocatus fisci fuerat.

III. 425. 19 (78, 21, 1) *τότε δὲ γράμμα μὲν οὐδὲν ὁ Μακρῖνος τῶν μηνυτικῶν οὔτε ἐσέπεμψεν ἐς τὴν γερουσίαν, ... οὔτ' ἄλλως ἐξέφηνε, φήσας ... ὅτι μηδὲν ἐν τῷ βασιλικῷ τοιοῦτον εὑρέθη*.

III. 463. 3 (79, 12, 2) Exc. Val. 410 *ὅτι χρήματα πολλὰ ὁ Μακρῖνος ἐν τῷ βασιλικῷ εὑρὼν διεσπάθησεν, καὶ οὐκ ἐξήρκουν οἱ πρόσοδοι πρὸς ἀναλώματα*[174]).

Si Dio de hoc vocabulo *βασιλικόν* alicubi egit, is locus periit. Ex locis collectis vidimus hac voce procul dubio *fiscum* designari III. 229. 5; III. 272. 20; III. 417. 4; praeterea tabulas graviores atque res pretiosiores, etiam venena a Caracalla collecta, *ἐν τῷ βασιλικῷ* reposita esse. Itaque *τὸ βασιλικόν* in secreta parte palatii fuisse videtur atque principem secutum esse, ut palatium ipsum (cf. II. 426. 16 lib. 53, 16, 6), non sine causa conicias. Nescio, an Romani etiam vocabulo *fisci* nonnunquam hac latiore significatione usi sint[175]).

[172a]) *Τῷ τῶν Ῥωμαίων* Xiphilini additamentum puto. Nusquam enim Dio haec verba addidit (cf. locum sequentem) nisi III. 422. 17 (78, 18, 5), ubi de expensis non modo aerarii populi Romani, sed etiam aliarum civitatum mentio fit, cf. adn. 291.

[173]) Zonaras alium fontem sequens *τῷ κοινῷ ταμείῳ* et *τῷ βασιλικῷ ταμείῳ* p. 525, 15 et 16B; alio sensu, ut mihi videtur, *τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις κειμήλια* p. 524, 14B.

[174]) III. 188. 7 (68, 2, 1) Xiph. *τῶν οὐσιῶν ... πάντα ὅσα ἐν τῷ βασιλείῳ ἔτι ὄντα εὑρέθη*. III. 310. 7 (73, 5, 4) Xiph. *τοσαύτη δ' ἄρα τότε τὸ βασίλειον εἶχεν ἀχρηματία*. Lectio igitur *βασιλικόν* multo saepius et locis gravioribus invenitur. Cum Dionis non sit plura vocabula sollemnia adhibere pro eadem re, *τὸ βασίλειον* his duobus locis Dioni abiudicare velim, quamquam Herodotus 2, 149 id praebet et quamquam Dio vocabulis *βασίλειος* atque *βασιλικός*, quantum video, nonnunquam sine discrimine utitur velut *τὸ βασίλειον* et *τὸ βασιλικὸν γένος* I. 497. 6 (39, 57, 1) et II. 613. 11 (58, 26, 2). In censum non venit III. 136. 17 (66, 2, 5) Xiph., nam *etiam lectio vulgata* (*τῇ βασιλείᾳ*) *ferri posse videtur*, ut adnotat Boissevain. Ceterum etiam *τῇ βασιλείᾳ*, siquidem hoc loco cuiusdam vox citata non est, Dioni abiudicandum est.

[175]) Dio de *fisco* iam mentionem fecit II. 396. 14 (52, 15, 1) *τάς τε διοικήσεις τῶν χρημάτων, τῶν τε τοῦ δήμου καὶ τῶν τῆς ἀρχῆς λέγω, ... πάσας οἱ ἱππῆς*

Dioni τὰ βασίλεια domus alicuius regis est II. 362. 32 (51, 10, 5) βασιλεύς
et al., vel τὸ βασίλειον I. 402. 19 (37, 12, 4) et al.; etiam apud Xiphilinum utraque forma occurrit velut III. 200. 22 et 27 (68, 14, 3 et 4). *Regia* Dioni τὸ βασίλειον est II. 87. 26 (43, 24, 4), II. 279. 21 (48, 42, 4). Domus principis audit παλάτιον II. 426. 12 (53, 16, 5) καλεῖται δὲ τὰ βασίλεια παλάτιον. Deinde saepius τὸ παλάτιον occurrit velut ἐν τῷ παλατίῳ II. 466. 12 (54, 25, 4); III. 359. 15 (76, 4, 1) Xiph.; ἡ δὲ ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκησε III. 149. 33 (66, 15, 4) Xiph.; ἐς τὸ παλάτιον II. 464. 29 (54, 24, 2); II. 654. 14 (59, 28, 5) Exc. Val. et Xiph.

διαχειριζέτωσαν. In hac Maecenatis oratione Dio vocabula sollemnia vitare studuit. Maecenatem, qui administrationem plane uniformem suasit, postea de una tantum arca publica egisse non mirum est: II. 399. 10 (52, 28, 3) τὰ κτήματα τὰ ἐν τῷ δημοσίῳ ὄντα (Hirschfeld *Kais. Verw.-B.* p. 23 natura huius orationis non satis intellecta: *wo natürlich der Fiskus gemeint ist*). II. 414. 25 (53, 2, 1) ὁ δ' οὖν Καῖσαρ ἔς τε τὰς θεωρίας ἐκ τῶν ἰδίων δῆθεν ἀνήλισκε, καὶ ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα, cf. Mommsen *Res gestae*[2] p. 66. II. 425. 28 (53, 16, 1) Octavianus τῶν χρημάτων κυριεύων (λόγῳ μὲν γὰρ τὰ δημόσια ἀπὸ τῶν ἐκείνου ἀπεκέκριτο, ἔργῳ δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ ἀνηλίσκετο). II. 431. 20 sqq. (53, 22, 2—4) αἱ δ' ἄλλαι (ὁδοὶ) ὕστερον, εἴτ' οὖν πρὸς τοῦ δημοσίου, ἐπειδὴ μηδεὶς τῶν βουλευτῶν ἡδέως ἀνήλισκεν, εἴτε καὶ πρὸς τοῦ Αὐγούστου τις εἰπεῖν ἐθέλει, ἐπεσκευάσθησαν· οὐ γὰρ δύναμαι διακρῖναι τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, οὐδ' εἰ τὰ μάλιστα ὁ Αὔγουστος καὶ ἀνδριάντας τινὰς ἑαυτοῦ ἀργυροῦς, πρός τε τῶν φίλων καὶ πρὸς δήμων τινῶν γεγονότας, ἐς νόμισμα κατέκοψε τοῦ δὴ καὶ οἴκοθεν πάνθ' ὅσα γε καὶ ἔλεγε δαπανᾶν δοκεῖν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτ' εἴ ποτε ἐκ τῶν δημοσίων τι χρημάτων ὁ ἀεὶ κρατῶν ἔλαβεν, οὔτ' εἴ ποτε αὐτὸς ἔδωκε, γνώμην ἔχω συγγράψαι· πολλάκις τε γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐγένετο. Ad haec Hirschfeld *Die kais. Verw.-B.* p. 17, 2: *Wenn Dio sagt:* οὐ γὰρ δύναμαι διακρῖναι τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, *d. h. Aerarium und Fiskus, so ist das nicht einmal für seine Zeit berechtigt.* Quae fisco nondum constituto non plane recta mihi videntur; de aerario agitur, atque de pecunia quae ab Augusto privata iudicabatur, quod confirmatur vocabulis οἴκοθεν atque αὐτός; ipsius statuas ab amicis donatas res privatas putandas esse certum mihi videtur. Ceterum Dio *de impensis* tantum *ab Augusto factis* egit, cum diceret thesauros se discernere non posse, fortasse quia dubitabat, an non optimo iure omnes eae impensae Augusto soli ascriberentur, quae cum alias tum *Mon. Anc.* cap. 15—24 enumerantur. Addidit in posterum quoque nolle se commemorare, ex quo thesauro donationes principis fluxerint. Ipse tamen proposito destitit II. 470. 21 (54, 30, 3) ἐπειδή τε ἡ Ἀσία τὸ ἔθνος ἐπικουρίας τινὸς διὰ σεισμοὺς μάλιστα ἐδεῖτο, τόν τε φόρον αὐτῆς τὸν ἔτειον ἐκ τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων τῷ κοινῷ ἐσήνεγκε, cf. Mommsen *Res gestae*[2] p. 76. Τὰ ἑαυτοῦ χρήματα non eadem habenda sunt ac postea fisci, sed ea quae superiore loco οἴκοθεν dicebantur; fiscus nondum divisus videtur a privata principis pecunia. II. 545. 22 (56, 33, 2) Xiph. τὸ τρίτον (βιβλίον Augusti defuncti) τά τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰ τῶν προσόδων τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν, εἶχε. Inter diversos thesauros hoc loco non discernitur. Incertum manet, utrum hoc Xiphilino an ipsi Dioni attribuendum sit. II. 586. 2 (57, 23, 5) Xiph. οὐ γὰρ ἐξῆν τότε τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικοῦσι πλέον οὐδὲν ποιεῖν ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν

Tamen etiam *τὸ βασίλειον* occurrit velut II. 689. 10 (60. 28, 4) Claudius *μόνος οὐκ ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ βασιλείῳ δρώμενα.* Cf. III. 8. 4 (60, 32, 1) *ἐν τῷ βασιλείῳ* exc. Val., sed *ἐν τῇ βασιλείᾳ* Xiph.; III. 151. 1 (66, 16, 3) *ἐν τῷ βασιλείῳ* Xiph., *ἐν τοις βασιλείοις* Zonaras; III. 238. 3 (69, 18, 2) *πρὸς τῷ βασιλείῳ* Exc. Val., *πρὸς τὸν βασιλέα* Xiph. et Zon.; III. 376. 19 (77, 4, 1) *τῷ βασιλείῳ* Exc. Val., *ἐν τῷ βασιλείῳ* Xiph.; III. 144. 27 (66, 10, 5) *αἱ θύραι τῶν βασιλείων* Xiph. Veri simile puto Dionem voce *βασίλειον* nonnunquam usum esse pro aedificio ipso in quo princeps versabatur. Hoc sensu accepto vocabulum *βασίλειον*, apud Dionem II. 689. 10 (60, 28, 4) usurpatum (vide supra), vim totius sententiae acriorem reddit.

---

e. q. s. Vox *αὐτοκρατορικά* non Dionis est; neque tamen negari potest veri simile esse Dionem alio vocabulo usum esse ac superioribus locis. Utrumque thesaurum, aerarium atque fiscum, commemoratum esse III. 229. 5 et III. 272. 10 supra vidimus. De re privata atque de fisco commemorari videtur III. 188. 12 (68, 2, 2) Xiph. *πολλὰ μὲν ἱμάτια καὶ σκεύη καὶ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, ἄλλα τε ἔπιπλα καὶ ἐκ τῶν ἰδίων καὶ ⟨ἐκ⟩ τῶν βασιλικῶν . . . ἀπέδοτο.* De quibus thesauris significetur, ex ipsis verbis non apparet II. 619. 9 (59, 2, 5) Gaius *τοὺς θησαυροὺς μεγάλους γενομένους διὰ βραχυτάτου ἐξεκένωσε κ. τ. λ.*

Quando fiscus a principis pecunia privata discreta sit, non constat, cf. Hirschfeld *Die kais. Verw.-B.* p. 2 sq. Tamen veri simile mihi videtur Tiberium, imperii administratorem diligentissimum, hanc divisionem instituisse. Si id ita est, intellegi potest Dionem sub Augusto locutum esse de pecunia *ἐκ τῶν ἰδίων, οἴκοθεν* atque *ἑαυτοῦ* (cf. in *Mon. Anc.: ex patrimonio meo, ex manibiis, pecunia mea, privatim*), sub Tiberio autem aliis verbis usum esse, quae Xiphilinus II. 586. 2 (57, 23, 5) voce *αὐτοκρατορικά* reddidit. Fortasse igitur is locus, ubi Dio de institutione fisci egerat, periit. Etiam apud Tacitum vocabulum fisci sub Tiberio saepius invenitur, velut *ann.* 2, 47 et 48; 6, 2 et 17.

II. DE MODO QUO DIO NOMINA ALIQUOT MUNERUM REI PUBLICAE ROMANAE GRAECE REDDIDIT.

Caput I.

De legatis.

Qui diversa munera gerentes tamen a Romanis uno eodemque nomine significabantur velut *legatorum praefectorum procuratorum*, iis Dio suum cuique nomen dare studet, quod genus muneris indicet.

Legatus Graece audit *πρεσβευτής*; sed a nonnullis historiarum Romanarum scriptoribus ei legati, qui oratores vel nuntii non sunt, interdum alio nomine designantur. Dio, qui de nomine *legati* alicubi fusius se egisse testis est ipse[176]), diversa legatorum genera diversis vocabulis appellare solet; id quod, ut par est, data opera facit, rem potius quam verbum spectans, ut ait ipse agens de legatis qui proconsulem in provinciam comitantur: II. 424. 14 sqq. lib. 53, 14, 5 sq. *πέμπονται γὰρ . . . ἐς μὲν τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς λεγόμενα ἔθνη . . . καὶ οἱ παρεδρεύοντες τοῖς τὸ κῦρος τῆς ἀρχῆς ἔχουσιν* (iis qui his provinciis praesunt). *οὕτω γὰρ ἂν ὀρθῶς αὐτούς, οὐ πρὸς τὸ ὄνομα ἀλλὰ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ εἶπον, καλέσαιμι, ἐπεὶ οἵ γε ἄλλοι πρεσβευτὰς καὶ τούτους ἑλληνίζοντες ὀνομάζουσι.* Utitur autem his vocabulis:

Legatus, qui *orator* vel *nuntius* est, *πρεσβευτής* appellatur.

Legatus a senatu magistratui adiectus *ὑποστράτηγος* ei est.

Decem legati quos senatus magistratui adiciebat ad legem provinciae constituendam munere paucis verbis exposito designantur, cf. p. 135.

Legatus Augusti pro praetore provinciae plerumque *ἄρχων*, nonnumquam *ἀντιστράτηγος* dicitur; saepius illi *οἱ αἱρετοί* (sc. *ἄρχοντες*) appellantur, cum proconsules qui senatus provinciis praesunt, *οἱ κληρωτοί* dicantur.

Legatus Augusti legionis rursus *ὑποστρατηγεῖν* dicitur.

---

[176]) II. 424. 20 (53, 14, 6): *καὶ περὶ μὲν τῆς ἐπικλήσεως ταύτης* (sc. *πρεσβευτοῦ*) *ἀρκούντως ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴρηται.* Nec tamen locus hic, quem collato Zon. lib. 8, 1, 10 (I. 107. 15 vide p. 83) in libro octavo extitisse suspiceris, hodie servatus est.

Legatus pro praetore qui proconsulem in senatus provinciam comitatur, Dioni *πάρεδρος* est.

Is cui a magistratu aliquo imperium quoddam minus ad tempus mandatum est, qui ipse quoque a scriptoribus Latinis *legatus* appellatur, ei saepius *ὕπαρχος* est.

Cetera legatorum genera in Dionis Historiis non inveniuntur.

Πρεσβευτής.

Voces igitur *πρεσβευτής legatus, πρεσβεύειν legari* vel *legatum esse, πρεσβεύεσθαι legare* vel *legatum mittere, διαπρεσβεύεσθαι per legatos agere, πρεσβεία legatio* pertinent ad legatos, qui *nuntii oratores interpretes*[177]) sunt.

πρεσβευτής saepissime invenitur; ex multis quae praesto sunt exempla dabo perpauca:

I. 113. 2 (lib. 9, fragm. 39, 1) Exc. Urs. s. de leg. Rom. 3 *τῶν Ῥωμαίων . . . πρεσβευτὴν Φαβρίκιον ἐς τὰς πόλεις τὰς συμμαχίδας . . . στειλάντων.*

I. 166. 3 (lib. 9, fragm. 43, 27) Exc. Urs. s. de leg. gent. 5 Carthaginienses Regulum *πρεσβευτὴν μεθ' ἑτέρων ἔστειλαν.*

II. 40. 12 (42, 2, 5) Parthi *οὕτως ἐμίσουν* (sc. Pompeium) *ὥστε καὶ τὸν πρεσβευτὴν αὐτοῦ πρὸς τὴν αἴτησιν τῆς βοηθείας ἐλθόντα δῆσαι καίπερ βουλευτὴν ὄντα.*

II. 623. 30 (59, 6, 6) Claudius *πρεσβευτὴς πρὸς τὸν Γάιον μετὰ τὸν τοῦ Τιβερίου θάνατον ὑπὲρ τῆς ἱππάδος πεμφθείς.*

Plurali numero *hos legatos* aut *πρέσβεις* vocat Dio aut *πρεσβευτάς*; quibus formis ita usus est, ut *pacis* vel *foederis internuntii* ei semper *πρέσβεις* sint; sed legati a senatu vel principe quavis alia de causa ad aliquem vel aliquos missi, quos nostra lingua saepius *deputatie* vocamus, hi non solum *πρέσβεις* sed etiam saepius *πρεσβευταί* dicuntur.

Ecce nonnulla exempla; *πρέσβεις* = *foederis* vel *pacis internuntii*[178]):

I. 166. 7 (lib. 11, fragm. 43, 27) Exc. Urs. s. de leg. gent. 5 *ἀλλ' ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης, ὥσπερ τοῖς τῶν πολεμίων πρέσβεσιν ἔθος εἶχον χρηματίζειν.* Cf. Zonaras lib. 8, 15, 2.

I. 487. 19 (39, 40, 1) Veneti *τοὺς πρέσβεις* (a Caesare proconsule Galliae missi) . . . *κατέσχον.*

---

[177]) Ita Cicero *in Vatinium* 15, 35.

[178]) *πρεσβευταί* nonnunquam apud eclogarios cf. p. 14.

I. 510. 18 (40, 16, 1) *Ὀρώδης* (rex Parthorum) *ἔπεμψε μὲν καὶ πρὸς ἐκεῖνον* (Crassum) *ἐς τὴν Συρίαν πρέσβεις.* *πρεσβευτής*

πρεσβευταί = legati a senatu missi (sc. *deputatie*):

II. 199. 13 (46. 41, 1) Senatus post pugnam Mutinensem *τούς γε διαγγελοῦντάς σφισι ταῦτα* (militibus praemia) *οὐ πρὸς τὸν Καίσαρα ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἔπεμψαν. περιοργὴς οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις γενόμενος ἐπέτρεψε μὲν τῷ λόγῳ τοῖς πρεσβευταῖς ἄνευ ἑαυτοῦ τῷ στρατεύματι συμμῖξαι κ. τ. λ.*

II. 591. 5 (58, 3, 2) Exc. Val. Asinius Gallus *ἐπειδὴ . . . ἐν τοῖς πρεσβευταῖς* (qui a senatu ad Tiberium de Seiani honoribus acturi mittebantur) *γενέσθαι ἐσπούδασεν.* Xiphilinus praebet: Gallum *προσιόντα γάρ οἱ* (Tiberio) *κατὰ πρεσβείαν.*

II. 679. 10 (60, 17, 4) Cum causa Lyciorum, qui inter se dissidentes civibus Romanis interfectis ad Pamphyliam adiuncti erant, in senatu cognosceretur, ipsorum legatio (*deputatie*) aderat; Claudius *ἐν δὲ δὴ τῇ διαγνώσει ταύτῃ . . . ἐπύθετο τῇ Λατίνων γλώσσῃ τῶν πρεσβευτῶν τινος, Λυκίου μὲν τὸ ἀρχαῖον ὄντος Ῥωμαίου δὲ γεγονότος· καὶ ἐπειδὴ μὴ συνῆκε τὸ λεχθέν, τὴν πολιτείαν ἀφείλετο, εἰπὼν μὴ δεῖν Ῥωμαῖον εἶναι τὸν μὴ καὶ τὴν διάλεξίν σφων ἐπιστάμενον.*

Usus promiscui haec habes exempla:

II. 192. 27 (46, 32, 4) qui cum Antonio faciebant *ἔπεισαν αὖθις τὴν γερουσίαν πρέσβεις πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἄλλους τε καὶ τὸν Κικέρωνα πέμψαι.* Cicero Romae remansit *κἀκ τούτου οὐδ᾽ ἄλλος τις τῶν πρεσβευτῶν ἀπῆρεν.*

II. 451. 27 (54, 10, 2) *πρέσβεις πρὸς τὸν Αὔγουστον, μετὰ δύο ῥαβδούχων ἕκαστον, ἔπεμψαν.* Sed postea *ἀλλ᾽ ἔκ τε τῶν πρεσβευτῶν αὐτῶν.*

II. 563. 29 (57, 5, 4) milites Germanici *τότε μὲν οὖν οὕτω στασιάζοντες ἐπαύσαντο· ὕστερον δὲ πρεσβευτῶν παρὰ τοῦ Τιβερίου βουλευτῶν ἐλθόντων,* sed II. 564. 3 (57, 5, 6) *καὶ τῶν τε πρέσβεων ὀλίγου τινὰς ἀπέσφαξαν* de iisdem.

Saepius hi legati (*deputatie*) *πρέσβεις* dicuntur velut II. 200. 18 (46, 42, 4); II. 255. 10 (48, 11, 1) et al.

πρεσβεύειν[179]) *legari* vel *legatum esse ad aliquem* non saepe apud Dionem invenitur:

---

[179]) *πρεσβεύειν* aliam significationem habet III. 417. 20 (78, 14, 2). Adventus dicit; „*ἐμοὶ μὲν ἡ μοναρχία ἅτε καὶ πρεσβεύοντι τοῦ Μακρίνου προσήκει*“ cum *natu maior sim* quam Macrinus; dignitate Oclatinius Adventus Macrino non praestabat, quippe cui in praefectura praetorii collega esset; eodem sensu veteres

πρεσβευτής I. 128. 8 (lib. 9, fragm. 40, 30) Exc. Mai. s. de sententiis 101 Fabricius *μὴ περὶ τῆς εἰρήνης πρεσβεύειν ἔφη*, cf. Zonaras lib. 8, 15, 2.

I. 359. 16 (36, 1⁸, 2) Xiph. *εἰ δὲ πρεσβεύσοντες (ἥκοιεν).*

II. 177. 28 (46, 9, 4).

Contra saepissime *πρεσβεύεσθαι legare* vel *legatum mittere ad aliquem:*

I. 462. 18 (38, 44, 2) Caesar ante pugnam cum Ariovisto commissam in consilio suo: *ἡμεῖς μὲν γὰρ ὡς πρὸς φίλον καὶ σύμμαχον ἔτ' αὐτὸν ὄντα ἐπρεσβευσάμεθα.*

I. 266. 5 (lib. 17, fragm. 57, 74) Exc. Urs. s. de leg. gent. 7, cf. Zonaras lib. 9, 13, 8 *πρεσβείαν ἀπέστειλαν.*

I. 277. 5 (lib. 18, fragm. 58, 6) fragm. Par.; I. 301. 17 (lib. 20, fragm. 68, 2) Exc. Urs. s. de leg. gent. 15; I. 318. 11 (lib. 21, fragm. 72, 2) Exc. Urs. s. de leg. Rom. 8; I. 335. 8 (lib. 27, fragm. 91, 3) Exc. Val.; I. 354. 16 (lib. 30—35, frag. 111, 1) Exc. Urs. s. de leg. gent. 29; Lib. 36, 1, 1; 36, 45, 3; 37, 47, 2; 38, 44, 2; 43, 29, 2; 43, 34, 5; 43, 35, 1; et saepius.

Bis habet *διαπρεσβεύεσθαι*[180]) *per legatos agere:*

II. 169. 18 (45, 43, 3) *τοῖς μὲν γὰρ ἀλλοφύλοις καὶ ἐπικηρυκεύεσθαι καὶ διαπρεσβεύεσθαι δεῖ πρότερον.*

III. 434. 9 (78, 26, 8) *διαπρεσβευόμενοι δὲ καὶ διακηρυκευόμενοι συνηλλάγησαν.*

Saepe occurrit *πρεσβεία*[181]) *legatio* veluti:

I. 413. 24 (37, 34, 1) *μετὰ Ἀλλοβρίγων, οὓς κατὰ πρεσβείαν παρόντας κ. τ. λ.*

II. 431. 4 (53, 21, 6) Senatus *καί τισι καὶ πρεσβείαις καὶ κηρυκείαις καὶ δήμων καὶ βασιλέων ἐχρημάτιζεν.*

---

quoque: Thuc. 6, 55; Plato *Leg.* 12, p. 951e. Aliter II. 569. 11 (57, 12, 3) de Livia *οὐχ ὅσον ἐξ ἴσου οἱ* (Tiberio) *ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ πρεσβεύειν αὐτοῦ ἤθελεν*, i. e. *dignitate praestare;* cf. Soph. *Ant.* 716; Plato *Leg.* 6, p. 752e; eodem sensu II. 464. 30 (54, 24, 2) *ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀειπαρθένων (ἡ γὰρ πρεσβεύουσα αὐτῶν ἐτετύφλωτο).* Rursus aliter II. 256. 1 (48, 12, 3): veterani postea *τὰ τοῦ Καίσαρος ἐπρέσβευσαν*, ubi *praeferre* significare videtur; fere eodem sensu Plato *Symp.* p. 186b et praesertim *Crit.* p. 46b. In censum non venit III. 260. 16 (71, 9, 3) Xiph. *εἰσὶ δὲ τὸν Χριστὸν πρεσβεύοντες ἅπαντες*, quoniam totum hoc caput a Xiphilino de suo additum est.

Duobus locis apud eclogarios vox *πρεσβεύειν* significationem *legatos mittendi* habet. cf. p. 14.

180) Eadem vox apud Xen. *Hell.* 3, 2, 24.

181) Quod ad *πρέσβις* III. 198. 6 (68, 12, 2) Exc. Urs. s. de leg. gent. 48 *πρέσβιν τινὰ πέμψας*, haec vox Dioni non attribuenda est (cf. p. 14); ceterum de significatione dubito; certe idem valet ac *πρεσβευτής* Exc. Urs. s. de leg. Rom. 4 (de Boor p. 13. 6) *Ποστόμιος πρέσβις ἐστάλη πρὸς Ταραντίνους.*

Restat ut eos locos tractem, ubi a Dione cetera legatorum genera, quos ut dixi nomine speciali appellare solet, cum ea primum commemorat, etiam vocabulo per translationem electo *πρεσβευταί* appellat[182]). *πρεσβευτής*

Sic eum cum *ὑποστρατήγων* primum mentionem faceret, etiam voce *πρεσβευτῆς* usum fuisse apparet I. 107. 15 Zonaras (lib. 8, 1, 10) *ὑποστρατήγους ἢ πρεσβευτὰς*, de quo loco fusius egi p. 83.

Libro 53 provinciarum administrationem qualem instituerit Augustus enarranti Dioni *de legatis Augusti pro praetore*, provinciarum Caesaris praesidibus, erat agendum. *Τοὺς δ' ἑτέρους*, ait postquam proconsules provinciarum senatus memoravit, *ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ* (Augusti) *ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι*[183]), *κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε* II, 423. 12 (53, 13, 5). Hoc igitur loco eos sollemni nomine per translationem Graece reddito *legatos Aug. pro praetore* appellat, qua appellatione tamen praeterea abstinet, *ἄρχοντας*[184]) eos nominare contentus[185]).

---

[182]) Plurali numero haec forma invenitur, ut par est.

[183]) Cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 8828 *πρεσβευτὴς καὶ* (sic) *ἀντιστράτηγος τοῦ Σεβαστοῦ ἐπαρχειῶν Λυκίας καὶ Παμφυλίας* (bis); *ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος ἐπαρχείας Μακεδονίας*.

[184]) Quinquies tantum in hoc capite et sequenti eos **ἀντιστρατήγους** dicit omissa voce *πρεσβευτάς* (II. 423. 16; 20; 24; 29; 425. 12), proconsulibus eos opponens in provincias senatus missis, quos hic *ἀνθυπάτους* vocat, ceteroquin hos quoque *ἄρχοντας* appellare solitus. Praeterea vocabulo *ἀντιστράτηγος* usus est: I. 494, 8 (39, 50, 4) Britannia *πρότερόν τε ἐπ' Ἀγρικόλου ἀντιστρατήγου καὶ νῦν ἐπὶ Σεουήρου αὐτοκράτορος νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται.* Appellatio legati discernenda erat ab appellatione principis, qui ipse quoque Dioni *ἄρχων* est. Item II. 685. 9 (60, 23, 6) ubi de iure foederum faciendorum sermo est, quod ius *ὁ Κλαύδιος ἢ καὶ οἱ ἀντιστράτηγοι αὐτοῦ* pari potestate accipiunt ac senatus populusque habent. Ubi diserte de legatis principis agitur, vocabulum *ἄρχοντες* suo loco non esse patet.

Semel **ἀντιστράτηγος** invenitur, in rebus aetatis rei p. liberae, quo loco II. 25. 22 (41, 43, 3) *pro praetore* per translationem sic Graece dixit.

[185]) Ubi praeter hoc caput legati provinciarum atque proconsules expresse inter se discernendi erant, hi, ut supra dixi, *οἱ κληρωτοί* (sc. *ἄρχοντες*), illi *οἱ αἱρετοί* (sc. *ἄρχοντες*) a Dione appellati sunt. Mommsen *Staatsr.* 2[3] p. 250, 3 (2[2] p. 239, 4) non recte putat Dionem voce *οἱ αἱρετοί* uti, ubi de iis proconsulibus agitur, qui a senatu extra sortem designantur; quosnam *αἱρετούς* vocet, id capite 13 libri 53 clare apparet: II. 423. 2 (53, 13, 2) *τοὺς μὲν καὶ ἐπετησίους καὶ κληρωτοὺς εἶναι, ... καὶ ἀνθυπάτους καλεῖσθαι....* II. 423. 11 (53, 13, 5) *τοὺς δὲ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, ... τὸ μὲν τοῦ στρατηγοῦ (ὄνομα) τοῖς αἱρετοῖς ... ἔδωκεν, ἀντιστρατήγους σφᾶς προσειπών, τὸ δὲ δὴ τῶν ὑπάτων τοῖς ἑτέροις ... ἀνθυπάτους αὐτοὺς ἐπικαλέσας. ... τῇ τε οὖν ἐπικλήσει τῇ τῶν ἀντιστρατήγων τοὺς αἱρετοὺς χρῆσθαι.* Nec quid-

πρεσβευτής Denique ubi *τῶν παρέδρων* primum mentionem facit *πρεσβευταί* dicuntur II. 424. 18 (53, 14, 6) qui locus exscriptus est p. 16 sq. Cf. II. 512. 3 (55, 27, 6) *τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ, ὃν πρεσβευτήν, ὥσπερ εἶπον, καλοῦμεν.* Ceterum de his legatis conferenda sunt, quae ad vocem *πάρεδρος* disserui.

Ὑποστράτηγος ὑποστρατηγεῖν.

ὑποστράτηγοι et *ὑποστρατηγεῖν τινι*[186]) a Dione res rei p. liberae enarrante *ei legati* dicuntur *qui magistratui vel ei qui pro magistratu est, a senatu adiecti sunt*, qui ducem exercitus comitantur, ut ille eorum consilio vel opera utatur[187]).

Postea autem, *qui legatus Augusti legionis est.*

Item quamdiu in senatus provinciis legiones tendebant, id quod diu non mansit, ei quoque legati qui proconsulem in provinciam comitantur, ut par est, *ὑποστρατηγεῖν αὐτῷ* dicuntur.

---

quam obstat, quominus omnibus Dionis locis ubi de *ἄρχουσιν αἱρετοῖς* sermo est, etiam iis, quibus Mommsenus in errorem induci se passus est (cf. *Staatsr.* 2³ p. 250, 4 vel 2² p. 240, 1) *legatos Augusti pro praetore* intellegendos esse putemus: II. 424. 9 (53, 14, 4) *αἱρετούς τέ τινες* (nonnulli principes) *καὶ ἐκεῖσε* (in senatus provincias) *ἔπεμψαν*, apparet *τοὺς αἱρετούς* hic a principe electos esse. II. 512, 12 (55, 28, 2) itidem nil obstat, quin hoc loco *οἱ αἱρετοί* legati a principe electi sint. II. 673. 28 (60, 11, 6) *τοὺς αἱρετούς* legatos Augusti esse manifestum est. II. 685. 11 (60, 24, 1) *τήν τε Ἀχαΐαν, καὶ τὴν Μακεδονίαν αἱρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε, διδομένας ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τότε τῷ κλήρῳ·* iterum constat *τούτους τοὺς αἱρετούς* legatos a principe electos esse; cf. Marquardt *Staatsverw.* 1² p. 319. II. 686. 25 (60, 25, 6) Dio de senatus provinciis agens dicit Claudium nonnulla instituta quam diligentissime observavisse, quamquam duabus ex partibus ab usitata consuetudine recedere non gravabatur sc. *καὶ ἐπὶ δύο ἔτη τινὰς ἐῶν αὐτῶν ἄρχειν, αἱρετούς τε ἔστιν οὓς πέμπων* (patiens nonnullos proconsules biennio provinciis praeesse et interdum pro proconsulibus legatos a se electos in eas mittens). Alio sensu (*πρεσβευτὴς*) *αἱρετός* a senatu electus II. 643. 16 (59, 23, 2).

[186]) Apud Xen. *An.* 3, 1, 32 *ὑποστράτηγος* dicitur qui dignitatem inter *τὸν στρατηγόν* atque *τὸν λοχαγόν* tenet; et *An.* 5, 6, 36 *ὑποστρατηγεῖν τινι* de vicario ducis absentis dicitur.

[187]) De his legatis Mommsen egit *Staatsr.* 2³ p. 675 sqq. et praesertim p. 696 sqq. (2² p. 656 sqq. et praesertim p. 676 sqq.). Cf. p. 680 (2² p. 661) *vielleicht bereits am Ende der Republik* . . . (ist) *das ursprüngliche konsularisch-senatorische Recht der Ernennung der ständigen Legaten damit definitiv auf den Statthalter übergegangen* et 2³ p. 683 (2² p. 663) *Ausgeschlossen bei der Bestellung der Boten sind die zur Zeit als Beamte und Offiziere fungierenden Personen*, et 2³ p. 700 (cf. 2² p. 680) *eine feste Kompetenz widerstreitet dem Wesen der ständigen Legation der Republik.* Tum 2³ p. 700 nonnulla negotia, quae iis administranda mandabantur, enumerantur.

Sed etiam qui principem ipsum in bellum proficiscentem comitabantur, ut eorum consilio vel opera uteretur, sc. *duces comitesque Augusti,* ii quoque *ὑποστράτηγοι* appellati sunt. Sed iam singulos locos perscrutemur. *ὑποστράτηγος*

I.

Usque ad annum 27 a. C.

ὑποστράτηγοι atque *ὑποστρατηγεῖν τινι* aetate rei publicae liberae, ut iam dixi, ii legati dicuntur, qui a senatu magistratui (vel ei qui pro magistratu est) adiecti sunt, ut eorum consilio vel opera uteretur. Inde a quo tempore hi legati a senatu dari coepti sint, nondum pro certo constat. Mommseno[188]) veri videtur simile legatos qui a. u. 557 (197 a. C.) memorantur in antiquissimis habendos esse, Willems contra hos legatos inde ab initio rei publicae liberae, ubi opus, dari solitos fuisse putat[189]). Hoc autem certum hos legatos iam a. u. 462 (292 a. C.) inveniri. Ita enim I. 107. 15 Zonaras (lib. 8, 1, 10): *Συμβεβηκότος δὲ λοιμοῦ ἰσχυροῦ, οἱ Σαυνῖται καὶ Φαλίσκοι καταφρονήσαντες τῶν Ῥωμαίων διά τε τὴν νόσον καὶ ὅτι τοὺς ὑπάτους οὐ κατ' ἀρετὴν ᾕρηντο, ὡς μὴ πολέμων ὄντων, παρεκίνησαν. μαθόντες οὖν τοῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι, Ἰουνίῳ μὲν Βρούτῳ τὸν Καρουίλιον, Κυΐντῳ δὲ Φαβίῳ τὸν πατέρα τὸν Ῥοῦλλον τὸν Μάξιμον ὑποστρατήγους ἢ πρεσβευτὰς*[190]) *συνεξέπεμψαν. ὁ μὲν οὖν Βροῦτος Φαλίσκους ἐνίκησε . . . Φάβιος δὲ τῆς Ῥώμης πρὸ τοῦ πατρὸς ἐξελάσας . . . σπεύσας αὐτοῖς* (hostibus) *συμβαλεῖν πρὸ τοῦ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀφικέσθαι* . . . cladem accepit.

---

[188]) *Staatsr.* 2³ p. 696 (2² p. 675/676). Mommsen putat post pugnam Cannensem demum legatos magistratui adiectos fuisse, quia in hac pugna nullus legatus commemoratur qui interfectus sit, non reputans initio unum legatum adici, atque ad Cannas ideo causam non fuisse cur legatus adiceretur, quod ambo consules simul imperabant.

[189]) Initio rei p. liberae consules imperia militaria maiora quibuscumque volebant (saepius tribunis militum) mandabant, qui duces ipsi quoque a scriptoribus Latinis legati appellantur, cf. Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 694 (2² p. 674). Willems *Le sénat* 2 p. 610 fieri non posse autumat, quin hi legati, saepius nobili loco nati, a senatu dati sint. Quod quidem argumentum probare non possum. Nil enim mirandum consules solitos fuisse ex nobilibus familiis eligere viros, saepe amicos consanguineosque, in gravioribus rebus nonnunquam primores civitatis, qui se comitarentur, in consilio sibi adessent, ad tempus diversis imperiis praeponerentur; tribuni militum quoque nonnunquam ex primoribus civitatis eligebantur atque in pugna Cannensi Cn. Servilio Gemino consulari *tribuno militum* media pugna tuenda data erat (Liv. 22, 45, 8; 49, 16).

[190]) Zonaram *ἢ πρεσβευτάς* de suo addidisse non veri simile mihi videtur; cf. I. 48. 11 Zonaras (lib. 7, 15, 3) quo loco ille, postquam fusius, Dionem

ὑποστράτηγος

Zonaras igitur hoc loco dicit Romanos utrique consuli legatum adiecisse (*συνεξέπεμψαν*), quocum congruit usus vocis *ὑποστράτηγοι*, quae vox de hoc legato a Dione usurpatur. Idem colligitur ex Val. Max. 2, 2, 4: *Idem* (Q. Fabius Maximus) *a senatu legatus ad filium consulem Suessam Pometiam missus*, collato quoque Val. Max. 5, 7, 1 *Fabius Rullianus . . . legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile et periculosum conficiendum gravatus non est.*

Apud Livium et Dionysium res gestae huius anni perierunt.

Ante a. u. 462 (292 a. C.) hos legatos nondum datos fuisse, id duplici Zonarae vocabulo (*ὑποστρατήγους ἢ πρεσβευτάς*) probatur, sumpto ut disserui, ex Dione qui institutum vel munus novum in rem publicam primum introductum enarrans, de eius nomine agere et id etiam per translationem Graece reddere solet (cf. p. 16). Praeterea tempora si spectamus, innovationis huius causam invenimus vel maxime idoneam[191]): acrem pestilentiam prorupisse, ex duabus partibus bellum imminere, consules non propter virtutem creatos esse; quibus de causis factum esse dicitur, ut vir consularis belli virtute eminens utrique consuli legaretur; eventus consilium probavit; nam alter consul ante legati sui adventum pugnam committens ut solus honorem adipisceretur, cladem accepit. Huc accedit, quod ante hunc annum apud Dionem quantum superest, *ὑποστράτηγος* non invenitur, et quod Livius et Dionysius, qui saepius ante hunc annum de legatis mentionem faciunt, raro eos adiectos esse dicunt[192]).

---

secutus, de nomine tribunorum plebis egit, ita pergit: *οὗτοι δὴ τοῦ πλήθους οἱ τριβοῦνοι ἢ δήμαρχοι.* Aliter res se habet I. 58. 3 Zonaras (lib. 7, 17, 1) *ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἢ στρατήγους*, ubi Dio duos fontes secutus utriusque fontis vocabula memoravit, (cf. adn. 112); nostro autem loco vestigia alterius fontis non inveni.

Suspicor Joannem Lydum quoque *De magistratibus populi Romani* (ed. R. Wuensch, Teubner) huius Dionis loci reminisci p. 60. 3 *δι' ὑποστρατήγων, τῶν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένων ληγάτων.* Nam praeter Dionem *legati* nemini, quantum scio, *ὑποστράτηγοι* sunt. Ceterum Laurentius Lydus eo loco egit de *legatis provinciae.*

[191]) Münzer apud Pauly-Wissowa *R. E.* 6, p. 1811 s. v. *Fabius* n. 114 putat totam hanc narrationem fictam esse; neque igitur Fabium filii sui legatum fuisse; sed idem Münzer *R. E.* 3, p. 1630 s. v. *Carvilius* n. 9 nil dubitans Carvilium legatum D. Junii Bruti appellat!

[192]) Liv. 10, 26, 3 a. u. 459 (295 a. C.) Q. Fabius consul ipse quidem suadet, ut *sibi L. Volumnium darent adiutorem*, sed omnium rerum arbitrium Fabio permissum est. Dionys. *Ant. Rom.* 9, 35, 4 a. u. 279 (475 a. C.) Servilius *πρεσβευτὴς τότε τῷ Οὐαλερίῳ* (consuli) *συμπεμφθείς.* Veri simile autem mihi non videtur summam diligentiam in his rebus apud Dionysium exspectari posse.

Postero anno rursus legatum magistratui adiectum fuisse ex voce ὑποστράτηγος apparet, a Dione usurpata: ὑποστράτηγος

I. 108. 13 (lib. 8, fragm. 36, 31) Exc. Val. 20 Romani Fabium filium *καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἀντὶ ὑπάτου ἄρξαι ἐκέλευσαν, ὑποστρατήγῳ καὶ τότε τῷ πατρὶ χρώμενον.* Zonaras lib. 8, 1, 14 eadem verba praebet; Liv. *per.* 11 *Fabius Maximus pater . . . iturum se filio legatum pollicitus est.*

A. u. 536 (218 a. C.) utrique consuli legatum datum esse ex voce *ὑποστράτηγος* apud Zonaram apparet; hoc anno consulibus mandatum erat, ut in locis maxime diversis, alter in Hispania alter in Africa, bellum gereret.

I. 203. 17 Zonaras (lib. 8, 23, 7) *Σκιπίων δὲ τὸν μὲν ἀδελφὸν Γάιον Σκιπίωνα ὑποστρατηγοῦντα αὐτῷ εἰς τὴν Γαλατίαν ἔπεμψεν.*

I. 205. 22 Zonaras (lib. 8, 24, 4) *ὁ Λόγγος τὴν Σικελίαν τῷ ὑποστρατήγῳ πιστεύσας.* Ille idem mihi videtur esse, quem Livius 21, 51, 6 Sextum Pomponium legatum appellat.

Praeterea *ὑποστράτηγος* invenitur:

I. 323. 24 (lib. 22, fragm. 78, 2) Exc. Val. 67, a. u. 614 (140 a. C.).

I. 326. 4 (lib. 23, fragm. 82) Exc. Val. 69, a. u. 618 (136 a. C.).

I. 347. 7 (lib. 30—35, fragm. 104) Exc. Val. 112, a. u. 668 (86 a. C.).

I. 372. 1 (36, 23, 4), a. u. 687 (67 a. C.).

I. 380. 2 et 12 (36, 37, 1 et 3). I. 397. 4 (37, 5, 2). I. 418. 26 (37, 44, 3). I. 420. 1 (37, 47, 1)[193]). I. 440. 5 (38, 15, 2). I. 452. 5 (38, 31, 4). I. 467. 9 et 10 in argumento libri 39. I. 470. 2 (39, 5, 1). I. 486. 22 (39, 39, 2). I. 490. 2 (39, 45, 1). I. 498. 27 (39, 60, 4). I. 504. 23 (40, 5, 1). I. 519. 10 (40, 31, 1). I. 535. 10 (40, 59, 2). II. 10. 9 (41, 15, 1). II. 15. 10 (41, 23, 2). II. 93. 28 (43, 35, 1). II. 151. 7 (45, 13, 3). II. 206. 27 (46, 51, 3). II. 208. 10 (46, 54, 1). II. 227. 10 (47, 23, 4). II. 233. 1 (47, 30, 5). II. 241. 11 (47, 42, 2). II. 279. 7 (48, 42, 1). II. 296. 22 (49, 8, 3)[194]). II. 300. 23 (49, 14, 3). II. 371. 21 (51, 21, 2).

ὑποστρατηγεῖν τινι invenitur:

I. 203. 17 Zonaras (lib. 8, 23, 7), a. u. 536 (218 a. C.).

I. 238. 13 Zonaras (lib. 9, 6, 9), a. u. 543 (211 a. C.).

I. 470. 7 (39, 5, 2) *Γάλβας ὁ Σέρουιος ὑποστρατηγῶν αὐτῷ* (Caesari).

---

[193]) Pomptino propraetori Galliae Narbonensis tres legati fuisse videntur, Manlius Lentinus (vs. 4), L. Marius, Servius Galba (vs. 20); qui locus addi potest exemplis a Mommseno collectis *Staatsr.* 2^3, p. 684, 1 (2^2, p. 664, 2).

[194]) Notandum est vocabulum *ὑποστράτηγος*, quod Dio sine additamento usurpare solet, hoc uno loco cum dativo coniungi; ceterum is usus ab hoc loco non alienus est. Quod ad sententiam, cf. adn. 222.

ὑποστράτηγος I. 482. 29 (39, 31, 2) *τοῦ Πουπλίου Κράσσου, ὃς υἱός τε τοῦ Μάρκου ἦν καὶ τότε τῷ Καίσαρι ὑπεστρατήγει.*

I. 505. 22 (40, 7, 1) Cicero *ὑποστρατηγῶν τῷ Καίσαρι.*

II. 97. 27 (43, 42, 1) Caesar *τῷ Φαβίῳ τῷ τε Κυΐντῳ, καίτοι ὑποστρατηγήσασιν αὐτῷ καὶ μηδὲν ἰδίᾳ κατορθώσασι, διεορτάσαι ἐπέτρεψε.*

II. 197. 7 (46, 38, 3) *Πόντιος Ἀκύλας . . . τῷ Δεκίμῳ ὑποστρατηγῶν.*

II. 278. 25 (48, 41, 5)[195]) Ventidius consul 711/43, proconsul Syriae Ciliciaeque 714/40—716/38, quae provinciae Antonii erant, *αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς* (rebus a se gestis) *παρὰ τῆς βουλῆς, ἅτε οὐκ αὐτοκράτωρ ὢν ἀλλ' ἑτέρῳ* (sc. M. Antonio) *ὑποστρατηγῶν, εὕρετο.*

II. 279. 18 (48, 42, 4) Cn. Domitius Calvinus consul 714/40, deinde proconsul Hispaniae, quae provincia Octaviani erat, *τυχών τε τῶν ἐπινικίων καίτοι τῆς Ἰβηρίας τῷ Καίσαρι προστεταγμένης* (*πρὸς γὰρ τὰς τῶν κρατούντων* (triumvirum r. p. c.) *βουλήσεις καὶ αἱ τιμαὶ τοῖς ὑποστρατηγοῦσί σφισιν ἐγίγνοντο*) *κ. τ. λ.*[196]).

2.

De legatis Agrippae omnibus Orientis provinciis praepositi et de legatis proconsulis Illyrici provinciae senatus.

II. 439. 27 (53, 32, 1). Augustus 23 a. C. Agrippam propter Marcelli simultatem in Syriam misit. Agrippa *ἐκ μὲν τῆς πόλεως εὐθὺς ἐξώρμησεν,*

---

[195]) De iis qui aetate triumvirum provinciis praeerant, conferri potest L. Ganter, *Die Provinzialverwaltung der Triumvirn* (diss. Strassburg, 1892). Is probat (p. 54) triumvirum r. p. c. summum imperium provinciarum suarum, quod antea populi Romani erat, habere; eos qui provinciae praesunt, iure proconsules provinciae, revera legatos triumviri esse. Dio, quamquam II. 279. 7 (48, 42, 1) Calvino rursus legatum attribuit, tamen eos qui provinciis praesunt, legatos triumviri fuisse existimat. Livius quoque *per.* 127 et 218, Florus 2, 19, Velleius 2, 78, 1 eos legatos appellant.

[196]) II. 394. 9 (52, 21, 8) huc non pertinet. Nam quod Maecenas Augusto suadet, ut qui nondum praetura functi sunt, *ὑποστρατηγείτωσαν οἷς ἂν εἴπω*, id ad res futuras spectat. Ceterum res non statim ex hac Maecenatis sententia processit: *οἱ δὲ δὴ στρατηγήσαντες ἀρχέτωσαν τινα ἀρχὴν ἐν τοῖς ὑπηκόοις· πρὶν γὰρ στρατηγῆσαί σφας οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν τοῦτο γίγνεσθαι· ἐκεῖνοι δ' ὑποστρατηγείτωσαν οἷς ἂν εἴπω, καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον· εἶθ' οὕτως ὑπατευέτωσαν κ. τ. λ.* (uncos quos Boissevain attulit, omisi). *ἐκεῖνοι* illi viri praetorii mihi sunt (Dio saepius *ἐκεῖνοι*, ubi veteres *οὗτοι*), quod confirmatur collatis verbis *καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον* cum vs. 18 (lib. 52, 22, 2) *δύο ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων τὸν μὲν ἄρτι ἐκ τῆς πόλεως ἐξιόντα . . . τὸν δὲ ἐκ τῶν τοῦτο πεποιηκότων . . ., οἷς ἂν εἴπω* i. e. de quibus mentionem faciam, sc. de viris consularibus qui provinciis praesint. Re vera talia munera initio senatoribus qui nondum praetura functi erant mandata sunt, quod Dio improbat (*πρὶν γὰρ* e. q. s.), temporibus posterioribus praesertim viris praetoriis, cf. Domaszewski *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 172. Mommsen *Staatsr.* 2^3, p. 246 (2^2, p. 235) legatos legionis iudicat pro praetore non esse (*regelmäßig die Proprätur nicht haben*), fortasse quia hunc Dionis locum non recte interpretatus est.

οὐ μέντοι καὶ ἐς τὴν Συρίαν ἀφίκετο, ἀλλ' ... ἐκεῖσε μὲν τοὺς ὑποστρα-τήγους ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐν Λέσβῳ διέτριψε. ὑποστράτηγος

De Agrippae dignitate in universum egi p. 155 sq.

II. 460. 4 (54, 20, 2) Pannonii *πρός τε τοῦ Σιλίου καὶ τῶν ὑποστρατήγων αὐτοῦ κακωθέντες κ. τ. λ.* P. Silius Nerva, consul a. 20 a. C., proconsul Illyrici erat anno 16 a. C. (*Pros. Imp. Rom.* 3 p. 245 n. 512). Illyricum usque ad annum 11 a. C. in senatus fuit potestate[197]); legati igitur eius cum legatis proconsulum ceterarum senatus provinciarum comparandi sunt; nam nullo argumento probatur, quamquam id vulgo creditur, quod etiam in senatus provinciis legati Augusti legionibus praefuerint[198]).

---

[197]) In provincia Illyrico post pugnam Actiacam quattuor legiones collocati erant cf. Domaszewski *Die Rangordnung des röm. Heeres* p. 184, 1. Marquardt *Staatsverw.* 1^2 p. 467 non recte putat ex senatus provinciis in Africa tantum legionem tetendisse. Ritterling *Die Statthalter der Pann. Prov.* (*Arch.-epigr. Mitteil. aus Oesterreich* XX Wien 1897) p. 2 opinatur, argumentationem in posterum differens, Silium non proconsulem Illyrici, sed legatum Augusti legionum Pannonicarum hoc bellum gessisse; argumentationem ipsam non inveni.

[198]) In provinciis Caesaris legati Augusti a principe legionibus praeponebantur, sed legatus provinciae maius imperium habebat; at in senatus provincias legati tres praesidem virum consularem, unus praesidem virum praetorium sequebatur, quos ipsi sibi eligebant proconsules, *οὓς ἂν καὶ ὁ αὐτοκράτωρ δοκιμάσῃ* II. 424. 24 (53, 14, 7). Proconsul ipse quod munus volebat iis mandabat. Nihil autem est, cur de proconsulibus Illyrici Africaeque aliter iudicemus. Itaque proconsul in Illyrico et Africa ad tempus ex legatis suis, quem volebat, legioni praeponere poterat, ipse autem dux manebat. Non mirum igitur de legato legionis III nusquam mentionem fieri, quamdiu legio ipsa proconsuli parebat. Is titulus enim, ubi legimus (*C. I. L.* VIII 10311): *C. Velleio Paterculo leg(ato) Aug(usti) leg(ionis) III Aug.*, post a. 37 p. C. collocandus est, cf. Pallu de Lessert *Fastes des Prov. Afric.* I p. 315 sqq. Contra duo tituli (*C. I. L.* VIII 10018 et 10023) nomen proconsulis Africae praebent, qui legioni praesit; neque aliter Tacitus *Hist.* 4, 48 *legio in Africa auxiliaque . . . sub divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant* et mox *ablatam proconsuli legionem* e. q. s. Itaque haud recte Willems *Le Droit public Rom.*[6], p. 530 legatos legionis a principe missos (*nommés par l'empereur*) etiam in senatus provinciis inveniri putat; immerito quoque Mommsen *Röm. Gesch.* V. p. 626: *das Nebeneinanderstehen des von dem Senat abgeordneten Statthalters und des vom Kaiser ernannten Militärcommandanten*, item *Staatsr.* 2^2, p. 263, 2 (2^2, p. 252, 2): *Die Aenderung bestand nicht darin, daß der Africanischen Legion erst damals ein kaiserlicher Legat vorgesetzt ward; dieser hatte sie seit dem Beginn des Principats;* neque iure Willmans *C. I. L.* VIII, p. XV: *ut legatus legionis proconsuli parere desineret.* Nam hanc legionem proprio legato carentem sub ipso stetisse proconsule veri videtur simile, praesertim cum etiam in suis provinciis Caesar praesidi, cui una tantum legio pareat, legatum legionis addere non soleat. Eis locis, quibus Willems et Mommsen nituntur, nil tale quod contendant, probatur: non probatur verbis Taciti (*Hist.* 4, 48): *Gaius Caesar . . . ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit*, sc. legato qui non iam ante, sed ab eo tempore a principe missus est

3.

ὑποστράτηγος **De hac appellatione, aetate imperatoria usurpata.**

Imperatoria aetate non solum *legati legionis* sed etiam *duces*[199] *comitesque Augusti* hac appellatione designantur; tenendum autem est Xiphilinum Dionis usum huius vocis non diligenter servavisse.

II. 463. 3 (54, 22, 4) *ὁ Αὔγουστος πρῶτον μὲν τὸν Δροῦσον ἐπ' αὐτοὺς* (sc. Raetos) *ἔπεμψε· . . . ἔπειτα δὲ . . . τὸν Τιβέριον προσαπέστειλεν. ἐσβαλόντες οὖν ἐς τὴν χώραν πολλαχόθεν ἅμα ἀμφότεροι, αὐτοί τε καὶ διὰ τῶν ὑποστρατήγων . . . κατέπληξαν αὐτούς.* Quamquam de dignitate Drusi Tiberiique nihil commemoratur, tamen Augusti mandatis imperium suum accepisse atque eius legati fuisse videntur (*ἔπεμψε-προσαπέστειλεν*); cum ipsi hoc anno 15 a. C. primum bello gerendo praeessent, *ὑποστρατήγους* belli iam peritos qui eos comitarentur, quorum opera consilioque uterentur, ab Augusto iis datos esse manifestum est; minime autem mihi constat, eos ab Augusto certis legionibus praepositos fuisse.

II. 641. 9 (59, 21, 3) Gaius princeps ipse contra hostes profectus *τοῖς ὑποστρατήγοις τοῖς κατορθοῦσί τι πάνυ ἤχθετο.* In numero eorum habendi sunt, qui duces atque comites Augusti appellantur.

III. 218. 15 (68, 30, 2) Xiph. Traianus ipse bellum gerebat cum Parthis. *ἑάλω δὲ καὶ ἡ Σελεύκεια πρός τε Ἐρυκίου Κλάρου καὶ πρὸς Ἰουλίου Ἀλεξάνδρου ὑποστρατήγων καὶ ἐκαύθη.* Non constat utrum Dio hac voce *ὑποστρατήγων* ipse usus sit an Xiphilinus eam de suo addiderit. In *Pros. Imp. Rom.* 2, p. 39 n. 69 Erucius Clarus et 2, p. 165 n. 95 Julius Alexander propter hanc Dionis appellationem *legati legionis* fuisse dicuntur. Groag apud Pauly-Wissowa *R. E.* 6, p. 553 s. v. *Erucius* n. 6 Erucium Clarum, tribunum pl. circa 100 p. C., hoc anno 116 p. C. maiorem dignitatem quam legationem legionis habuisse ratus, putat eos fortasse *legatos provinciarum* modo expugnatarum fuisse[200]); neque id tamen recte, nam neque Dio voce *ὑποστράτηγος* unquam ita usus est, neque Xiphilinus, ubi eam de

---

neque Dionis verbis, qui II. 640. 15 (59, 20, 7) illam legionem proconsuli Africae attribuit.

[199]) Domaszewski *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 183 monstrat *duces* appellatos esse, qui ex ordine senatorio cum imperio extraordinario copiis praeficiebantur.

[200]) Groag de hac legatione provinciarum tacet *R. E.* 10, p. 157 s. v. *Julius* n. 60, ubi probat hoc loco non de Ti. Julio Alexandro Juliano, sed de C. Julio Alexandro Bereniciano agi.

suo addidit. Sed sive Xiphilinus hoc vocabulum de suo addidit, ὑποστράτηγος sive id ex Dione sumpsit, nihil obstat quin et Clarum et Julium inter *duces comitesque principis* numeremus; ad quam dignitatem utriusque cursus honorum, quantum scimus maxime quadrare videtur.

III. 251. 11 (71, 3, 2) Xiph. *οἷς* (hostibus Germanis) *ὁ Μάρκος ἀντεπιὼν Πομπηιανόν τε καὶ Περτίνακα τοὺς ὑποστρατήγους ἀντικαθίστη. καὶ ἠρίστευσεν ὁ Περτίναξ, ὅστις καὶ ὕστερον αὐτοκράτωρ ἐγένετο.* Vix dubitari potest quin Ti. Claudius Pompeianus, anno 167/8 p. C. legatus Aug. pro pr. Pannoniae inferioris, mox gener Augusti, inter duces comitesque Augusti adlectus fuerit[201]). Pertinax autem, quamquam incertum est, quibus annis diversis muneribus functus sit, hoc bello in numero ducum inferiorum rem bene gessisse vulgo putatur. Itaque propter dignitatem imperatoriam, quae postea ei contigit, hoc loco de eo commemoratum esse videtur, Xiphilinus autem res pluribus annis gestas paucis verbis complectens vocabulum *ὑποστράτηγος* utrique duci de suo attribuisse videtur[202]).

III. 293. 8 (72, 11, 3) Exc. Val. et Xiph. C. Aufidius Victorinus *τῆς τε Γερμανίας ποτὲ ἄρχων ... ἐπειράθη τὸν ὑποστράτηγον πεῖσαι μὴ δωροδοκεῖν*[203]). Victorinus legatus Germaniae (superioris) erat; itaque tantum non constat *legatum legionis* voce *ὑποστράτηγος* intellegendum esse. Quod ad rem (*δωροδοκεῖν*), etiam de legato iuridico cogitari potest, sed vox ipsa *ὑποστράτηγος* huic interpretationi obstat.

III. 329. 20 (74, 6, 2) Xiph. Pescennius Niger princeps *ἐχρῆτο δὲ ὑποστρατήγῳ μετὰ καὶ τῶν ἄλλων τῷ Αἰμιλιανῷ.* Asellius Aemilianus, antea iam multis provinciis praepositus, hoc tempore proconsul erat provinciae Asiae. Princeps eum inter comites suos adlegisse et parti exercitus praefecisse videtur; incertum autem manet, utrum hoc loco appellatio *ὑποστράτηγος* Dioni attribuenda sit an Xiphilino, quippe qui narrationem harum rerum gestarum admodum contraxerit.

---

[201]) Domaszewski *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 184, 4 (cf. *Marcussäule* p. 105) admonet Pompeianum utique postea bello procedente summam dignitatem habuisse eorum, qui inter comites Augusti adlecti erant.

[202]) III. 290. 13 Petr. Patr. (exc. Vat. 122) *ὅτι οἱ ἐν Βρεττανίᾳ στρατιῶται Πρίσκον ὑποστράτηγον εἵλοντο αὐτοκράτορα.* De hoc Prisco conferenda sunt, quae Boissevain ad hunc locum adnotavit. Ceterum quod ad usum Dioneum, vocabula Petri Patricii neglegi possunt.

[203]) Quae infra apud Xiphilinum sequuntur: *ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀρχῆς* Latine vertenda sunt: *eum provincia decedere iussit* cf. adn. 139.

ὑποστράτηγος

ὑποστρατηγεῖν τινι quater invenitur:

II. 682. 5 (60, 20, 3) A. Plautius legatus Aug. pro pr. Britanniae quo duce bellum gerebatur, trans flumen in hostes *πέμπει Κέλτους* ... *ἐπιδιέπεμψε τόν τε Οὐεσπασιανὸν τὸν Φλάουιον τὸν καὶ τὴν αὐτοκράτορα μετὰ ταῦτα ἀρχὴν λαβόντα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σαβῖνον ὑποστρατηγοῦντά οἱ.* Voce *οἱ* Plautius designari videtur; casu enim dativo legatum provinciae designari cetera quoque exempla illustrant. Ceterum Vespasianus sub Claudio in Germaniam missus erat legatus legionis secundae Augustae, quacum mox in Britanniam transiit, cf. *Pros. Imp. Rom.*, 2 p. 77 n. 263 et Tac. *Hist.* 3, 44: *illic* (in Britannia) *secundae legioni a Claudio praepositus.* Apparet autem hoc loco Sabinum quoque, fratrem Vespasiani maiorem, legatum legionis fuisse. Quam ob rem legere velim: *ὑποστρατηγοῦντάς οἱ,* cui lectioni Xiphilinus favet, a quo Vespasianus *τῶν ὑποστρατηγούντων ὢν τῷ Πλαυτίῳ* dicitur[204]).

III. 62. 6 (62, 23, 6) Exc. Val. 248 Cn. Domitius Corbulo legatus Augusti Cappadociae sed aucta potestate (*Pros. Imp. Rom.* 2 p. 20 n. 123) *τὸν γαμβρὸν Ἄννιον ὑποστρατηγοῦντά οἱ ἐς τὴν Ῥώμην* . . . *ἔπεμψεν.* Cf. Tac. *Ann.* 15, 28 *pro legato quintae legioni impositus.*

III. 426. 7 (78, 21, 2) *Σουλπίκιον Ἀρρηνιανόν, ὃς ἄλλους τέ τινας καὶ τὸν Βάσσον τὸν τοῦ Πομπωνίου παῖδα, ᾧ τῆς Μυσίας ἄρξαντι ὑπεστρατηγήκει, ἐσεσυκοφαντήκει.*

III. 460. 17 (79, 7, 1) *Γέλλιος Μάξιμος . . . καίπερ ὑποστρατηγῶν ἐν τῇ Συρίᾳ τῇ ἑτέρᾳ τοῦ τετάρτου τοῦ Σκυθικοῦ τείχους κ. τ. λ.* In provincia Syria his temporibus duae legiones collocatae erant, legio IV Scythica et XVI Flavia. Hoc loco legatus alterius legionis a Dione *ὑποστρατηγεῖν* dicitur. Notandum est legatum legionis III Gallicae, qui, provincia Syria in duas provincias divisa, ipse alteri provinciae (sc. Syriae Phoenice) praepositus erat, eodem loco *ἄρχειν* dici: *Οὐῆρος . . . ἐν τῷ τρίτῳ στρατοπέδῳ τῷ Γαλλικῷ οὗ ἦρχε* III. 460. 16 (79, 7, 1).

---

[204]) *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 73 n. 231 de Flavio Sabino adnotat: „*In Britannia sub fratre legato legionis cum hoste conflixit Dio 60, 20;*" at Sabinum ipsum quoque legatum legionis fuisse hoc loco apparet. Kappelmacher apud Pauly-Wissowa *R. E.* 6. p. 2611 s. v. *Flavius* n. 166 vocem *οἱ* non recte interpretatus et de dignitate Sabini silens, Sabinum *ὑποστράτηγον* sub fratre Vespasiano cum hoste conflixisse dicit.

Πάρεδρος παρεδρεύειν.

πάρεδρος (*παρεδρεύειν*)[205]) *legatus pro pr.* dicitur, qui proconsulem in senatus provincias comitatur, ut p. 16 sq. iam dixi; proprie (*πρὸς τὸ ὄνομα*) *πάρεδρος* idem valere atque Latine *adsessorem* manifestum est[206]); ceterum ex eo quod Dio dicit hos legatos *οὐ πρὸς τὸ ὄνομα ἀλλὰ πρὸς τὴν πρᾶξιν* ita appellari, apparet eorum munus multis ex partibus cum munere adsessorum congruere.

II. 424. 16 et 21 (53, 14, 5 et 7) *οἱ παρεδρεύοντες τοῖς τὸ κῦρος τῆς ἀρχῆς ἔχουσιν* et *τοὺς δὲ δὴ παρέδρους αὐτὸς ἑαυτῷ ἕκαστος αἱρεῖται.*

II. 512. 3 (55, 27, 6) *ἐπειδὴ ὁ τῆς Ἀχαΐας ἄρχων μεσούσης που τῆς ἡγεμονίας ἀπέθανε, τῷ τε ταμίᾳ καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ, ὃν πρεσβευτήν, ὥσπερ εἶπον, καλοῦμεν, . . . διοικῆσαι προσετάχθη.*

II. 571. 12 (57, 14, 4) *ἡ Κρήτη τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς ἀποθανόντος τῷ τε ταμίᾳ καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ . . . προσετάχθη.*

II. 686. 23 (60, 25, 6) *ὥστε μηδὲ παρεδρεύσαντά τινι ἐπιτρέψαι* (Claudium principem) *ἐς ἡγεμονίαν εὐθὺς ἔθνους ἐπιβάλλουσάν οἱ κληροῦσθαι.*

III. 286. 19 (72, 5. 4) Xiph. Quintilii fratres *καὶ ἦρχον ὁμοῦ καὶ παρήδρευον ἀλλήλοις.* Nisi Dio vel potius Xiphilinus errorem commisit, Condianum Maximi, Maximum Condiani *πάρεδρον* fuisse necesse est. Ex fastis[207]) novimus fratres Quintilios anno 151 simul consulatu ordinario functos esse. Simul quoque incerto anno inter 161—169 divos fratres iis rescripsisse constat (Ulpianus *Dig.* 38, 2, 16, 4); simul denique eos M. Aurelium in orientem proficiscentem comitatos esse circiter anno 176. In bello Sarmatico (a. 177, 178) una quoque contra hostes pugnarunt, nec tamen rem conficere potuerunt, ut Marcus coactus sit ipse ad Danuvium se conferre,

---

[205]) Apud scriptores veteres: Aristot. *Athen. pol.* 56, 1 (ed. Blass); Demosth. 59, 84.

[206]) Apud Dionem hoc vocabulum bis ita invenitur: II. 517. 20 (55, 34, 1) Augustus *τοῖς τε ἄρχουσι πολλάκις συνεδίκαζε καὶ ὁσάκις γε οἱ παρεδρεύοντές σφισιν ἐδιχογνωμόνουν, καὶ ἡ ἐκείνου ψῆφος ἀπὸ τῆς ἴσης ταῖς τῶν ἄλλων ἠριθμεῖτο*, II. 565. 28 (57, 7, 6) Tiberius *ἐδίκαζε μὲν οὖν ὥσπερ εἶπον, ἐπεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχόντων δικαστήρια καὶ παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀπαράκλητος . . . αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ βάθρου τοῦ κατάντικρύς σφων κειμένου καθίζων ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ ὡς πάρεδρος.* (*πρόεδρος M* Xiph., *πρόσεδρος* Reim., *πάρεδρος* Reisk., cf. adn. Boissevaini). Tac. *ann.* 1, 75 *Nec patrum cognitionibus satiatus iudiciis adsidebat in cornu tribunalis.* Suet. *Tib.* 33 *et magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium assidebatque iuxtim vel exadversum in parte primori.*

[207]) Testimonia inveniuntur *Pros. Imp. Rom.* 3 p. 116 sq. n. 19 et 24.

πάρεδρος cf. III. 273. 10 (71, 33, 1) Xiph.[208]). Unde haud absimile eos tunc temporis Pannoniae praefuisse, ita, puta, ut alter Pannoniae Superiori, Inferiori alter praesideret. De eisdem cum apud Philostratum legamus (*vit. sophist.* 2, 1, 11) *ὅποτε ἄμφω τῆς Ἑλλάδος ἠρχέτην*, nec tamen credendum sit utrumque simul Achaiae proconsulem fuisse, cognitumque habeamus ex titulo Faleriensi (*C. I. L.* XIV, 2609) legatum provinciae Achaiae fuisse Maximum, collatis Dionis verbis crediderim uno anno Condianum proconsulem Achaiae fuisse, Maximum fratrem ei *παρεδρεῦσαι*, anno autem vel priore vel sequenti Maximum eodem proconsulatu functum esse, cum fratrem Condianum *πάρεδρον* haberet[209]). Maximus anno circiter 166 (cf. Waddington *Fastes* p. 236 n. 149) proconsul fuit Asiae. Fieri posse ut eo quoque tempore Condianus fratris legatus fuerit non negaverim[210]).

III. 293. 13 (72, 11, 4) Exc. Val. 319 Victorinus *τῆς Ἀφρικῆς ἡγεμονεύσας ἕνα τῶν παρέδρων . . . ἐς τὴν Ῥώμην ἀπέπεμψεν*[211]). Proconsul Africae tres legatos habebat (Dio 53, 14, 7).

III. 456. 2 (79, 3, 1) De hoc loco mutilato iudicare non possum.

Ὕπαρχος ὑπάρχειν[212]).

Hae voces usu sollemni carere neque ad certum munus rei p. Romanae spectare mihi videntur; *ὕπαρχοι* (*ὑπάρχειν*) ii dicuntur,

---

[208]) *ἐπειδὴ δὲ τὰ Σκυθικὰ αὖθις αὐτοῦ ἐδεήθη . . . οἱ γὰρ Κυιντίλιοι οὐκ ἠδυνήθησαν, καίπερ δύο τε ὄντες καὶ φρόνημα καὶ ἀνδρίαν ἐμπειρίαν τε πολλὴν ἔχοντες, τὸν πόλεμον παῦσαι, καὶ διὰ ταῦτ' ἀναγκαίως αὐτοὶ οἱ αὐτοκράτορες ἐξεστράτευσαν.*

[209]) Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 852, 1 et 857, 2 veri simile putat Quintilios legatos Achaiae ad ordinandum statum liberarum civitatium fuisse, nitens verbis Philostrati; dubitaverat tamen *Staatsr.* 2^2 p. 1036, 6; von Premerstein apud Pauly-Wissova *R. E.* 4 p. 1646 s. v. *corrector* putat alterum proconsulem, alterum legatum ad corrigendum statum liberarum civitatium fuisse, at de Rohden *Pros. Imp. Rom.* 3 p. 116 n. 19: *ut alter proconsul, alter eius legatus esset.*

[210]) Verba quae in textu nostro praecedunt: *καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε οὐδὲ ἐν ταῖς ἀρχαῖς διεχωρίσθησαν* interpretari velim: alter ab altero ne in muneribus quidem gerendis separabatur; quod in muneribus provinciae facile accidere poterat. Quod si ita est, v. Herwerden recte vidit Xiphilinum Dionis narrationem non ordine reddidisse; cf. adn. Boissevaini ad hunc locum.

[211]) Pallu de Lessert *Fastes des Prov. Afr.* I p. 215 non recte dicit: *un de ses assesseurs.*

[212]) Apud Thucydidem *ὕπαρχοι* imperio satraparum Persicorum parent: 8, 16, 3; 31, 2; 87, 1; 108, 4; Herodotus satrapas ipsos *ὑπάρχους* appellat 3, 70; 5, 25; cf. 5, 20; 7, 6; 4, 166 *τῆς Αἰγύπτου ὕπαρχος.*

quibus aliquod imperium militum minus mandatum est ab eo, penes quem est summa imperii; saepius qui tale imperium militum acceperant, apud scriptores Latinos ipsi quoque legati appellabantur[213]); sed hi legati discernendi sunt ab iis legatis, qui magistratui adiciebantur, ut eorum opera et consilio uteretur[214]); quamquam his legatis adiectis potissimum talia imperia minora mandabantur, tamen scriptores saepius legatorum militibus praepositorum mentionem fecerunt, qui non adiecti erant[215]). ὕπαρχος

Iam ad singulos locos tractandos transeam[216]).

I. 108. 17 (lib. 8, 31) Exc. Val. 20 *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ... τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἀντὶ ὑπάτου ἄρξαι ἐκέλευσαν, ὑποστρατήγῳ καὶ τότε τῷ πατρὶ χρώμενον. καὶ ὃς πάντα μὲν αὐτῷ διῴκει καὶ διῆγεν ... ἀλλ' ὥσπερ ὄντως ἔν τε συμβούλου καὶ ἐν ὑπάρχου μέρει τῷ παιδὶ συνὼν αὐτός τε ἐμετρίαζε καὶ τὴν δόξαν τῶν ἔργων ⟨ἐκείνῳ⟩ προσετίθει.* Pater, filio suo a senatu legatus adiectus (*ὑποστράτηγος*), quamquam re vera ipse omnia administrabat peragebatque, tamen ita se gerebat, quasi consiliarius filii esset (*ἐν συμβούλου μέρει*), atque eius imperiis mandatisque obsequeretur (*ἐν ὑπάρχου μέρει*), cf. Livius *per.* 11: *Fa-*

213) Cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 695 (2^2 p. 674), ubi additur: *legatus heißt jeder also Beauftragte, mag er übrigens Kriegstribun sein oder eine andere oder gar keine amtliche oder Offizierstellung bekleiden.*

214) Cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 694 (cf. 2^2 p. 674), *so ergibt sich, daß diese legati mit den ständigen senatorischen Hilfsgesandten keineswegs unbedingt identifiziert werden dürften.* Ei legato, quem Dio *ὕπαρχον* appellat, imperium primo quoque tempore rursus adimi poterat; legato autem adiecto, qui Dioni *ὑποστράτηγος* est, legationem adimere non licebat, licebat tantum eum iubere de provincia decedere. Qui *ὕπαρχος* est, tamquam minister quidam, duci obsequi, qui autem *ὑποστράτηγος*, tamquam amicus, consiliis atque opera sua ducem adiuvare debet.

215) Plura varii generis exempla apud Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 695, 1 (2^2 p. 674, 3), Caesar quaestorem quoque legioni praefecit, *de bell. Gall.* 1, 52, 1; 5, 24, 3; 8, 38, 1.

216) Maecenas in oratione sua II. 396. 3 (52, 24, 4) *τῶν δ' ἄλλων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ στρατιωτῶν οἱ ἔπαρχοι ἐκεῖνοι* (praefecti praetorio) *προστατείτωσαν, ὑπάρχους ἔχοντες.* Dio in hac oratione vocabulis *communis usus* uti neque omnibus ex partibus administrationem rei p. Romanae, ut erat, sequi solet. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1119, 1 (2^2 p. 1063, 3) recte putare videtur vocabulum *ὑπάρχους* hoc loco ad *praefectos classium* spectare (neque tamen ad *praefectum vigilum*, cf. P. Meyer *De Maecenatis oratione* adn. 130). III. 277. 2 (71, 24, 5) Xiph. Marcus Aurelius *τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ συχνὸν χρόνον ὑπάρξας* i. e. imperii particeps; dubito an id vocabulum hoc loco potius Xiphilino attribuam.

Non ad rem Romanam pertinet II. 278. 14 (48, 41, 3) *ὑπὸ Φραναπάτου ὑπάρχου τε τοῦ Πακόρου ὄντος καὶ τὴν δίοδον φυλάττοντος.* Pacorum filium, ad quem rex Parthorum summam belli, quod cum Antonio gerebatur, detulit, aliquod imperium minus Phranapato mandavisse apparet.

ὕπαρχος *bius Maximus pater . . . iturum se filio legatum pollicitus est idque praestitit. eius consiliis et opera filius consul adiutus caesis Samnitibus triumphavit.*

I. 378. 28—379. 10 (36, 36, 1—3) Catulus ad rogationem Gabiniam impugnandam dicit: *εἰ δὲ δή τις ἐκεῖνό φησιν, ὅτι κἂν ἑνί τῳ πάντα τὸν πόλεμον ἐπιτρέψητε, πάντως που καὶ ναυάρχους καὶ ὑπάρχους πολλοὺς ἕξει* (multos quos classibus exercitibusque suis praeficiet), *πῶς οὐ πόλυ δικαιότερον καὶ συμφορώτερον . . . καὶ τί κωλύει τούτους αὖ τοὺς ὑπάρξειν ἐκείνῳ μέλλοντας προχειρισθῆναι ὑφ' ὑμῶν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὴν ἡγεμονίαν παρ' ὑμῶν αὐτοτελῆ λαβεῖν;* idem sunt, qui supra *ναύαρχοι καὶ ὕπαρχοι* appellati sunt[217]). Pergit *οὕτω μὲν γὰρ καὶ φροντιοῦσι τοῦ πολέμου μᾶλλον κ. τ. λ.* Ceterum Gabinius quoque assensit unum hominem tantum bellum gerere non posse, qua re *πολλοὺς . . . τῷ χειροτονηθησομένῳ συνεργοὺς ἀξιοῖ δοθῆναι. λοιπὴ δὲ δὴ σκέψις ἐστὶ πότερόν ποτε ἄρχοντας αὐτοὺς ἢ ὑπάρχοντας καὶ στρατήγους ⟨ἢ ὑποστρατήγους⟩ . . . πεμφθῆναι δεῖ.* Catulus non oportere supra dixerat hoc bellum ad unum virum deferri, ad arbitrium suum quibus vellet (*ὑπάρχοις*) imperia mandantem; sed praestare haec imperia minora a populo mandari (cap. 36, 1 et 2).

Itaque *λοιπὴ . . : σκέψις ἐστί* — quae quaestio restat? utrum ceteros duces mitti oporteat *ἄρχοντας αὐτούς* (suis auspiciis rem gerentes[218]) an *ὑπάρχοντας καὶ στρατηγούς*[219]) (qui et summi ducis ministri et tamen simul cum imperio quodam praetoris sunt)[220]),

---

217) De hoc loco egi ad vocabulum *αὐτοτελής* p. 45.

218) Interpretatio mea retineri potest, etiamsi quis *αὐτούς* Latine reddit *eos*, non *ipsos*, quod ego praefero.

219) Quod ad vocem *καί* conferri potest *πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε* (legati pro praetore) II. 423. 12 (53, 13, 5); et *πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος* et *ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος* Dessau *Ins. Lat. Sel.* 8828.

220) De hac parte rogationis Gabinii, ut huic uni duci *XV legati pro praetore* adicerentur, Catulus significare mihi videtur. Quodammodo Gabinii sententia deridetur: *legatus pro praetore!* contradictio in muneribus! Re vera munus nomenque recens est, in hac rogatione primum obvium, ut videtur, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 656, 1 (2^2 p. 637); *στρατηγός*, ut Latine *praetor*, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 240, 5 (2^2 p. 230, 5), is quoque praesertim in orationibus dicitur, qui iure propraetorio est, ut verba Maecenatis probant II. 395. 3 (52, 22, 5), ubi *στρατηγοί* dicuntur viri praetorii, qui iam propraetorio cum iure munere legati iuridici et legati legionis funguntur; Octavianus, qui potestatem praetoriam acceperat, a Tiberio in Augusti oratione funebri *στρατηγός* appellatur II. 548. 7 (56, 36, 5); postremo conferri potest II. 131. 14 (44, 41, 1) Caesar *στρατηγήσας ἐν Ἰβηρίᾳ* coll. I. 423. 4 (37, 52, 1) *ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ τῆς τε Λυσιτανίας μετὰ τὴν στρατηγίαν ἦρξε.*

utrum *πρὸς τοῦ δήμου παντὸς ἐπ' αὐτοκράτορός τινος ἡγεμονίας* (a toto populo electos cum summo ipsos imperio) an *πρὸς ἐκείνου μόνου ἐφ' ὑπηρεσίᾳ αὐτοῦ* (ab illo summo duce solo electos, ut sibi operam praeberent)[221]). Verba igitur *ἢ ὑποστρατήγους* non recte inserta esse mihi videntur. *ὕπαρχος*

I. 380. 6 (36, 37, 2) (lege Gabinia lata *προσέταξαν αὐτῷ ὑποστρατήγους τε πεντεκαίδεκα*) . . . *ἐπειδὴ τοῦ Πίσωνος μὴ ἐπιτρέψαντος τοῖς ὑπάρχοις καταλόγους ἐν τῇ Γαλατίᾳ τῇ Ναρβωνησίᾳ, ἧς ἦρχε, ποιήσασθαι δεινῶς ὁ ὅμιλος ἠγανάκτησε.* Pompeius legatis sibi adiectis (*ὑποστράτηγοι*) ut dilectum haberent, imperavit. Itaque cum hoc tempore eius mandata exsequerentur, *ὕπαρχοι* dicti sunt. Piso igitur Pompeium ipsum plebi acceptum contumelia affecit. Ceterum Caesar quoque legatis suis mandavit ut dilectum haberent, cf. *bell. Gall.* 6, 1, 1.

I. 455. 11 (38, 35, 3) *μαθὼν οὖν ταῦτ' ἐκεῖνος* (Caesar) *τῷ μὲν πλήθει τῶν στρατιωτῶν οὐδὲν διελέξατο . . ., τοὺς δὲ δὴ ὑπάρχους καὶ τοὺς ὑπομείονας ἀθροίσας τοιάδε ἐν αὐτοῖς ἔλεξεν*, cf. Caesar *bell. Gall.* 1, 40, 1: *convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus.* Tantum legatos quaestoremque, quos Caesar singulis legionibus praeficere solebat, in *ὑπάρχων* numero habendos esse veri simile est collato II. 241. 12 (47, 42, 2), ubi tribuni ipsi quoque in *ὑπομειόνων* numero habentur.

I. 426. 28 (39, 39, 4) Pompeius *τούς τε γὰρ ὑπάρχους παραχρῆμα ἐξεπεπόμφει . . . ἵνα τάς τ' Ἰβηρίας ἅμα δι' ἐκείνων κατάσχῃ.* Legati Pompeio adiecti hoc loco *ὕπαρχοι* appellantur, quia iussa Pompeii exsequuntur.

II. 202. 18 (46, 46, 1) Octavianus *οὕτω μὲν οὖν ὕπατος ᾑρέθη, καὶ αὐτῷ καὶ συνάρχων, εἴγε τοῦτο δεῖ, ἀλλὰ μὴ ὕπαρχον αὐτὸν εἰπεῖν, ὁ Πέδιος ὁ Κύιντος ἐδόθη.* Collega alicuius *συνάρχων* dicitur, *ὕπαρχος* autem, tamquam minister quidam, iussa exsequitur[222]).

---

[221]) Catulus Gabinii sententiam verbis suis exaggerat: Si *συνεργούς* dare vis, optimi sunt adiutores qui aequis auspiciis sunt; quales autem sunt isti *συνεργοί*? a duce ipso electi ut sibi servirent, vix nomine *συνεργῶν* digni sunt. Novum erat, quod hos legatos eligere duci ipsi permissum est.

[222]) Cf. II. 296. 22 (49, 8, 3): Lepidus *συνάρχων* Octaviani cupiebat esse; Octavianus autem *αὐτῷ ὡς καὶ ὑποστρατήγῳ οἱ ἐχρῆτο.* Is, cuius conditio cum *ὑποστρατήγῳ* comparatur, aliquanto superior est eo, qui cum *ὑπάρχῳ* adaequatur: *ὑποστράτηγος* adiutor atque consiliarius est, qui *ὕπαρχος* dicitur, minister quidam, cf. adn. 214.

ὕπαρχος

II. 257. 21 (48, 14, 1) *καὶ αὐτὸν* (L. Antonium) *ἐνταῦθα* (Perusiae) *πρότεροι μὲν οἱ ὕπαρχοι τοῦ Καίσαρος, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἀπολαβόντες ἐπολιόρκουν.* Collato App. *bell. civ.* 5, 32 apparet Agrippam et Q. Salvidienum Rufum hos *ὑπάρχους* fuisse.

II. 396. 3 (52, 24, 4), cf. adn. 216.

II. 424. 29 (53, 15, 1) *πέμπονται δὲ καὶ ἐς τὰ ἕτερα, τὰ τοῦ τε αὐτοκράτορος ὀνομαζόμενα καὶ πολιτικὰ στρατόπεδα πλείω ἑνὸς ἔχοντα, οἱ ὑπάρξοντές σφων, ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου τὸ μὲν πλεῖστον ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν τεταμιευκότων ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἀρχὴν τῶν διὰ μέσου ἀρξάντων αἱρούμενοι.* Legati Augusti legionis hoc loco *οἱ ὑπάρξοντές σφων* (sc. *τῶν στρατοπέδων*) dicuntur, ut clare appareat eos iussa legati provinciae exsequi debere; sed Dio addidit eos non a legato provinciae, ut exspectari poterat de iis qui *ὑπάρχειν* dicuntur, sed a principe ipso eligi. Boissevain igitur recte adnotavit Mommsen *Staatsr.* 2^2, p. 237, 2 (2^3, p. 247, 3) erravisse.

III. 62. 9 (62, 23, 6) Exc. Val. Corbulo *τὸν γαμβρὸν Ἄννιον ὑποστρατηγοῦντά οἱ ἐς τὴν Ῥώμην . . . ἐφ' ὁμηρείᾳ τῷ Νέρωνι ἑκὼν ἔπεμψεν. οὕτω γάρ που ἐπεπίστευτο μηδὲν νεοχμώσειν ὥστε καὶ τὸν γαμβρόν, καὶ πρὶν στρατηγῆσαι, ὕπαρχον λαβεῖν.* Boissevain coniectura in textum recipit *ὕπαρχον*, cod. Peir. *ὕπατον*, Val. *τὴν ὕπατον*. Boissevain ad hunc locum inter alia adnotavit: *hoc dicit Dio, Neronem adeo Corbuloni confisum esse, ut uni ex legionibus, quibus praeesset, generum eius praeficeret.* Nero igitur Corbuloni occasionem praebuit, ut si res novas moliri vellet, genero tamquam ministro fido uteretur.

III. 233. 21 (69, 13, 3) Xiph. Julius Severus praefectus bello Judaeorum, *ἀπολαμβάνων δ' ὡς ἑκάστους* (Judaeos) *πλήθει τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ὑπάρχων κ. τ. λ.* Maximas copias ad id bellum arcessitas Judaeos seorsim oppugnavisse et ea de re plures praefectos minores iis praefuisse hoc loco apparet.

Caput II.

De praefectis.

Apud Magie *l. l.* p. 25 haec fere legimus:

Appellatione *ἔπαρχος* Graeci nomen *praefectus* interpretabantur; et quamquam nusquam apud Graecos habetur *ἔπαρχος* pro appellatione sollemni sive magistratus sive ducis militaris, tamen id vocabulum apud scriptores rerum Romanarum et in titulis *praefectum* designare solet[223]. Apud Polybium non nisi semel[224]) comparet *ἔπαρχος*, quo loco . . . *praefectum socium*, qui alio loco *πραίφεκτος* appellatur, designare videtur. Post eum autem ubique reperitur vocabulum *ἔπαρχος*, sive per se positum, sive cum muneris designatione coniunctum, quo appellationes omnium magistratuum ducumque Latine *praefecti* appellatorum Graece reddantur, ut omnibus modis quibus illud *praefectus* in usu fuerit. Sic fere Magie; atque in tabulis quas profert, plurima exempla enumerantur. Is usus autem non observatur a Dione, qui brevissime de hoc vocabulo egit II. 491. 2 (55, 10, 10) *καὶ μέντοι καὶ ἐπάρχους τῶν δορυφόρων τότε πρῶτον Κύιντόν τε Ὀστώριον Σκαπούλαν καὶ Πούπλιον Σάλουιον Ἄπρον ἀπέδειξεν. οὕτω γάρ τοι αὐτοὺς καὶ ἐγὼ μόνους τῶν ἐπαρχόντων τινός, ἐπειδήπερ ἐκνενίκηκεν, ὀνομάζω.* Dio igitur, qui quam plurimum veteres sequi nititur, gravatur quidem hac appellatione uti[225]), neque tamen omnino eam vitavit, ex omnibus *praefectum* tantum *praetorio ἔπαρχον* appellans. Quae causa est, cur vocabulo *ἔπαρχος* additamentum non adiecerit, nisi hoc

[223]) Quia *ἐπάρχειν* verbo *praeesse* respondet, vocabulum *ἔπαρχος* per translationem ortum esse videtur similitudine vocum quales sunt *ὕπαρχος σύναρχος*. Apud veteres *ἐπάρχειν* Xen. *Cyr.* 4, 6, 2; Plat. *Crit.* 116e; Isocr. *Paneg.* 140 (69e); apud Dionem I. 378. 17 (36, 35, 2); II. 491. 4 (55, 10, 10); II. 681. 22 (60, 20, 2); III. 203. 16 (68, 16, 1) Xiph. sed nullo loco sollemnem in modum.

[224]) Sic Magie; praeter 11, 27, 2 hoc vocabulum etiam 5, 46, 7 apud Polybium occurrit, sed extra ius Romanum.

[225]) Usum huius vocabuli quadamtenus excusavit: *ἐπειδήπερ ἐκνενίκηκεν*· Mihi constat Dionem apud veteres hoc vocabulum non invenisse; itaque nescio, an iam Dio hoc vocabulum non legerit apud Aeschylum *Pers.* 327; *Ag.* 1227, ubi codices *ἄπαρχος* praebent.

loco, quo eos in rem publicam introductos esse narrat. Ceterorum praefectorum paucos tantum proprio nomine designavit; *praefecti urbi* vel *urbis* ei πολίαρχοι sunt; qui autem anno 46 et 45 a Caesare instituti sunt, πολιανόμοι τινές appellantur; *praefecti militares* ei στρατίαρχοι sunt, *praefectus classis* ναύαρχος, *praefecti praesidii* (cf. p. 115) φρούραρχοι. Ceteroquin Dio praefectorum munus proprio nomine vitato pluribus verbis designavit.

Ἔπαρχος (praefectus praetorio).

Praeter locum supra laudatum (II. 491. 2 lib. 55, 10, 10)[226]) ἔπαρχος[227]) apud Dionem ipsum, quantum superest, his locis invenitur:

II. 677. 32 (60, 16, 3) *τῶν ἐπάρχων . . . παρόντων.*

II. 684. 21 (60, 23, 2) *Ῥουφρίῳ δὲ δὴ Πωλίωνι τῷ ἐπάρχῳ.*

III. 406. 7 (78, 4, 1) *τὸν Μακρῖνον τὸν ἔπαρχον.*

III. 413. 19 (78, 11, 3) *πρὸς δὲ τοῦ Ἀντωνίνου ... ἔπαρχος ἀπεδείχθη.*

III. 418. 14 (78, 15, 1) *ὅτι ἐπάρχους τόν τε Ἰουλιανὸν τὸν Οὔλπιον καὶ Ἰουλιανὸν Νέστορα ἀπέδειξεν.*

226) Antea in Maecenatis oratione libri 52 Dio hoc vocabulo iam usus erat II. 395. 25 (52, 24, 2) et II. 396. 2 (52, 24, 4), sed facile ex contextu apparebat, quales *οἱ ἔπαρχοι οὗτοι* et *οἱ ἔπαρχοι ἐκεῖνοι* essent; tertio autem loco II. 403. 12 (52, 33, 1) ubi *οἱ ἔπαρχοι* sine ullo additamento occurrunt, id vocabulum quid significet, per se non liquet; cf. adn. 288.

227) Verbum *ἐπάρχειν*, quod verbo *praeesse* respondet, a Dione non sollemnem in modum usurpatur, cf. adn. 223.

ἡ ἐπαρχικὴ ἐξουσία potestas praefecti praetorio dicitur III. 351. 18 (75, 14, 1) Xiph.; sed id vocabulum *ἐπαρχικός*, quod apud veteres non invenitur, Dioni non magis attribuendum est quam vocabulum *αὐτοκρατορικός*, cf. p. 6.

ἡ ἐπαρχεία et in titulis et apud plerosque posteriores vocabulum sollemne est, quo *provincia* designatur. Haec vox autem, quae apud veteres non invenitur, a Xiphilino nonnumquam usurpata (cf. p. 5), a Dione semper evitata est. *Praefectura praetorii*, de qua apud Dionem appellatio a vocabulo *ἔπαρχος* derivata non occurrit, *ἀρχή* vel *ἡγεμονία* vel *προστασία* vocatur et praefectus ipse saepius *ἄρχειν* dicitur; in contextu vocabula veluti *τῶν δορυφόρων, τῶν σωματοφυλάκων, τοῦ δορυφορικοῦ* aut addita sunt, aut in propinquo inveniuntur: *ἀρχή* II. 396. 10 (52, 24, 6); *ἡ τῶν δορυφόρων ἀρχή* III. 52. 12 (62, 13, 3) Xiph.; III. 238. 18 (69, 19, 2) Exc. Val. et Xiph.; *ἡγεμονία* II. 598. 7 (58, 9, 5); II. 602. 16 (58, 14, 1); III. 181. 21 (67, 14, 4) Xiph.; III. 413. 20 (78, 11, 3); *ἡ τῶν σωματοφυλάκων ἡγεμονία* III. 352. 3 (75, 14, 11) Exc. Val.; *προστασία* II. 581. 15 (57, 19, 6) Xiph.; III. 352. 2 (75, 14, 2) Exc. Val. 347; *ἡ τῶν δορυφόρων προστασία* III. 473. 21 (80, 1, 1) Xiph.; *ἄρχειν* II. 395. 24 et 28 (52, 24, 1 et 3); II. 581. 14 (57, 19, 6) Xiph. et Exc. Val.; II. 597. 23 (58, 9, 2); II. 629. 14 (59, 11, 2); II. 680. 16 (60, 18, 3); III. 189. 4 (68, 3, 2) Xiph.; III. 238. 1 (69, 18, 1) Xiph.; III. 286. 9 (72, 5, 2) Exc. Val. et Xiph.; III. 290. 4 (72, 9, 1) Xiph.; III. 291. 9 (72, 9, 4) Xiph.; III. 457. 14 (79, 4, 1): *συνάρχων* III. 182. 11 (67, 15, 2) Xiph.; III 291. 15 (72, 10, 1) Xiph.

III. 443. 18 (78, 35, 1) ὃν . . . ἔπαρχον ὁ Μακρῖνος ἐπεποιήκει. ἔπαρχος

Ubi Dionis opus ex excerptoribus eclogariisque suppletum est, ἔπαρχος invenitur:

II. 657. 3 (59, 29, 1) Xiph.

III. 22. 1 (61, 3, 3) Xiph.; Exc. Urs. s. de leg. gent.; Zonaras; omnes ἔπαρχος τοῦ δορυφορικοῦ praebent[228]).

III. 63. 4 (62, 24, 1) Xiph. III. 136. 6 (66, 2, 2) Zonaras[229]). III. 181. 20 (67, 14, 4) Xiph. III. 182. 11 (67, 15, 2) Xiph. III. 194. 15 (68, 9, 2) Exc. Urs. s. de leg. gent. 47. III. 237. 13 (69, 18, 1) Xiph[230]). III. 238. 12 (69, 18, 4) Xiph. III. 238. 17 (69, 19, 1) Xiph. et Exc. Val. 297. III. 255. 2 (71, 3, 5) Xiph. III. 256. 8 et 17 (71, 5, 2 et 3) Xiph. III. 260. 17 (71, 9, 3) Xiph., sed non ex Dione. III. 291. 8 (72, 9, 4) Xiph. III. 295. 28 (72, 14, 1) Xiph. III. 300. 28 (72, 19, 14) Xiph. III. 352. 4 (75, 14, 1) Exc. Val. 347. III. 353. 18 (75, 15, 1) Xiph. III. 365. 20 et 21 (76, 10, 7) Xiph. III. 369. 22 (76, 14, 6) Xiph. III. 373. 5 (77, 1, 1) Xiph. III. 400. 7 (77, 21, 2) Exc. Val. 391. De hoc loco egi p. 108. III. 400. 9 (77, 21, 2) Xiph. III. 466. 10 (79, 14, 2) Xiph. et Exc. Val. 411. III. 473. 5 (79, 21, 1) Xiph.

Πολίαρχος πολιαρχεῖν.

πολίαρχος[231]) appellatur et *πολιαρχεῖν* dicitur et *praefectus urbi* aetate rei publicae liberae et *praefectus urbis* aetate imperatoria, et *praefectus urbi feriarum Latinarum;* eodem ordine singulos locos enumeraturus sum.

1.

Praefectum urbi[232]), quem consul dictatorve in urbe relinquit, raro apud Dionem commemorari nil mirum, quippe cuius munus iam inde ab anno 366 a. C. exsoleverit.

---

228) Hoc uno loco vocabulo ἔπαρχος additum est τοῦ δορυφορικοῦ; ceteroquin apud Dionem ἔπαρχος ubique sine additamento invenitur.

229) III. 93. 10 Joann. Antioch. fr. 91 τὸν τοῦ στρατοπέδου ἔπαρχον Dionis non est. Boissevain adnotat: *de praefecto praetorio cogitari nequit.*

230) *Τούρβων . . . ὃς καὶ ἔπαρχος γεγονώς, εἴτ' οὖν ἄρχων τῶν δορυφόρων, . . .* Exc. Val. 297 *ἐν τῇ τοῦ δορυφορικοῦ ἀρχῇ;* Petr. Patr. exc. Vat. 111 *τῶν δορυφόρων ἄρχοντα.* Boissevain cuius adnotatio huius loci conferatur, proponit: *ὃς καὶ ἐπάρχων τῶν δορυφόρων.*

231) Apud veteres Eur. *Rhes.* 381; Pind. *Nem.* 7, 85.

232) *Praefectura urbis* simul cum magisterio equitum ἀρχή dicitur II. 102. 12 (43, 48, 2); cf. p. 51.

πολίαρχος I. 528. 26 (40, 46, 3) οὔκουν οὐθ' ὕπατος οὔτε στρατηγὸς οὔτε πολίαρχός τίς σφας (consules anni 53 a. C.) διεδέξατο[233]).

II. 55. 9 (42, 30, 1) M. Antonius magister equitum τὸ μὲν ἄστυ τῷ Καίσαρι ἐπέτρεψε, πολίαρχον αὐτὸν ἀποδείξας, ὃ μήπωποτε πρὸς ἱππάρχου ἐγεγόνει[234]).

II. 240. 4 (47, 40, 6) vide p. 102.

De praefectis, quos Caesar annis 46 et 45 a. C. in urbe reliquit quique πολιανόμοι τινές appellantur, vide p. 102 sq..

De Maecenate, Tauro, Agrippa, qui ab Augusto Romae Italiaeque praefecti erant quibusque nomen iustum praefecti urbis deerat, cf. p. 27.

2.

Cum locus ipse perierit, quo Dio de munere *praefecti urbis*[235]) aetatis imperatoriae[236]) egit, hic verba Maecenatis libri 52 laudabo:

II. 393. 13 (52, 21, 1) πολίαρχος δὲ δή τις ἔκ τε τῶν προηκόντων καὶ ἐκ τῶν πάντα τὰ καθήκοντα προπεπολιτευμένων ἀποδεικνύσθω, οὐχ ἵνα ἀποδημησάντων που τῶν ὑπάτων ἄρχῃ, ἀλλ' ἵνα τά τε ἄλλα τῆς πόλεως προστατῇ, καί . . . Iam Maecenas disseruit, quae negotia ei mandanda sint[237]).

Apparet hunc praefectum urbis a Dione omnino secerni ab eo praefecto, qui aetate rei p. liberae in urbe relinquitur; quo anno autem is praefectus urbis primum in rem publicam Romanam introductus sit, apud Dionem quantum superest, non commemoratur. Cum II. 606. 26 (58, 19, 5) de morte L. Calpurnii Pisonis, quem Tacitus

---

[233]) Ex iure Romano de praefecto urbi hoc loco non recte cogitavit Dio, quia eius imperium exstinguitur simul cum imperio eius, qui id mandaverat, cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 671 (1^2 p. 647).

[234]) Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 668, 3 (1^2 p. 644, 3) verba Dionis ex mala coniectura librarii codicis L b (cf. Boissevain in praefatione voluminis I p. LXXXI) non recte laudat: ὃ μηπώποτε τῷ ἱππάρχῳ ἐξουσία ποιεῖν ἦν. Ceterum lectio incorrupta cum Mommseni sententia congruit *Staatsr.* 1^3 p. 668 (1^2 p. 644): *für welches letztere Verfahren es freilich an Präcedentien fehlt.*

[235]) Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 663, 1 (1^2 p. 639, 2) *Griechisch heißt er* (praefectus urbi aetate rei p. liberae) *bei Dio πολίαρχος, während der augustische* praefectus urbi *bekanntlich ἔπαρχος (oder ὕπαρχος) τῆς πόλεως genannt wird.* Revera res ita se habet apud alios scriptores, cf. Magie *l. l.* p. 100; Mommsen recte de Dionis usu huius vocabuli egit 2^3 p. 1059, 1 (2^2 p. 1013, 1).

[236]) Haec praefectura Dioni ἡ τῆς πόλεως προστασία et ἡ τῆς πόλεως ἀρχή est III. 418. 4 et 8 (79, 2, 4 et 5). Libro 52 hic praefectus ἄρχειν dicitur. II. 393. 16 et 30 et 32; II. 394. 1 (52, 21, 1 et 5 et 6).

[237]) Praeterea in libro 52 πολίαρχος invenitur II. 393. 27 (52, 21, 4); II. 396, 9 (52, 24, 6); II. 403. 12 (52, 33, 1).

(*Ann.* 6, 10) praefecturam urbis, *recens continuam potestatem*, gessisse dicit, mentionem faceret, eum *πολίαρχον* appellavit; quo loco autem Piso praefectus urbis constitutus esse narrabatur, eum locum perisse veri simile est[238]). *πολίαρχος*

Hic *πολίαρχος* praeterea invenitur:

II. 606. 26 (58, 19, 5). III. 417. 16 (78, 14, 1). III. 418. 5 et 19 (78, 14, 3 et 4). III. 444. 10 (78, 36, 1). III. 466. 11 (79, 14, 2) Xiph. et Exc. Val. 411. III. 473. 10 (79, 21, 1) Xiph.

πολιαρχεῖν idem dicitur:

II. 631. 10 (59, 13, 2) *πολιαρχῶν*.

III. 240. 16 (69, 21, 1) Xiph. *πολιαρχήσαντος*, vox hoc loco coniectura Casauboni restituta.

III. 292. 13 (72, 11, 1) Xiph. et Exc. Val. 319. III. 311. 14 (73, 7, 1) Xiph. III. 315. 25 (73, 11, 5) Xiph. III. 377. 8 (77, 4, 2) Xiph. III. 457. 17 (79, 4, 2). III. 458. 12 (79, 4, 6). III. 473. 13 (79, 21, 2) Xiph.

3.

De *praefecto urbi feriarum Latinarum*[239]) saepius mentionem fecit Dio[240]):

II. 9. 28 (41, 14, 4) *καὶ πολίαρχος οὐδεὶς ἐς τὰς ἀνοχάς, ὥσπερ εἴθιστο, ᾑρέθη, ἀλλ' οἱ στρατηγοὶ πάντα τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ, ὥς γέ τισι δοκεῖ, διῴκησαν· . . . καὶ ἐκεῖνο μὲν καὶ αὖθις ἐγένετο.*

II. 102. 19 (43, 48, 4) *πολίαρχός τέ τις ἐν ταῖς ἀνοχαῖς καταστὰς ἕτερον αὐτὸς τῆς ὑστεραίας ἀνθείλετο, καὶ ἐκεῖνος ἄλλον· ὃ μήτε πρότερον μήθ' ὕστερόν ποτε ἐγένετο.* Tale quid a iure Romano alienum erat, cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 669, 5 (1^2 p. 645, 5). Ceterum nescio an Dio hoc loco, ubi potius praepositionem *ἐς* exspectaverim (cf. infra II. 457. 29, lib. 54, 17, 2), consulto vocem *ἐν* usurpaverit.

---

238) Non supersunt Dionis libri 57 ex. et 58 in. res annorum 17—31 p. C. complectentes, partim tantum ab excerptoribus suppleti. Igitur Dio non obstat sententiae, quam Klebs *Pros. Imp. Rom.* 1 p. 286 n. 240 tuetur: *a Tiberio* (circa a. 17) *Pisoni custodiam urbis mandatam esse;* sed etiam annorum 13 et 14 p. C. res integrae servatae non sunt, quibus annis Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1060, 3 (2^2 p. 1014, 2) putat Pisonem praefectum urbis factum esse.

239) Eorum munus *ἀρχή* appellatur II 448. 26 (54, 6, 6); ipsi *ἄρχειν* dicuntur II. 321. 26 (49, 42, 1); II 441. 2 (53, 33, 3).

240) Locos, qui ad hos praefectos spectant, omnes perscripturus sum, ut appareat quanta diligentia Dio eos a ceteris praefectis distinuerit quantaque diligentia nonnullas res minimas enarrare studuerit, cf. Tac. *Ann.* 6, 11 *duratque simulacrum quotiens ob ferias Latinas praeficitur, qui consulare munus usurpet.*

πολίαρχος II. 240. 4 (47, 40, 6) *ἔν τε γὰρ ταῖς ἀνοχαῖς ὁ πολίαρχος τὰ Λατιάρια, οὔτ' ἄλλως προσήκοντα αὐτῷ οὔτ' ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γίγνεσθαι εἰωθότα, ἐποίησεν.* Ex ipsis verbis non apparet, utrum de praefecto urbi feriarum Latinarum agatur an de eo praefecto, quem consules relinquere solebant. Equidem de praefecto feriarum Latinarum cogitare nolim, quia reiciendum mihi videtur eum in monte Albano sacrificasse. Quis enim in urbe relinqueretur[241])?

II. 302. 17 (49, 16, 2) *οὔτε πολίαρχος ἐς τὰς ἀνοχὰς ἀπεδείχθη, ἀλλ' ἐκ τῶν στρατηγῶν τινες τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ διήγαγον.*

II. 321. 25 (49, 42, 1) *ἔν τε ταῖς ἀνοχαῖς αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι, παῖδες ἄνηβοι, ἐξ ἱππέων ἀλλ' οὐκ ἐκ βουλευτῶν γεγονότες, ἦρξαν.* Cf. Mommsen, *Staatsr.* 1^3 p. 671, 2 et 4; p. 672, 1; p. 668, 4 (1^2 p. 647, 2 et 4 et 6; p. 644, 4).

II. 448. 24 (54, 6, 6) Agrippa *ταραχῆς δέ τινος περὶ ⟨τὴν⟩ τοῦ πολιάρχου τοῦ διὰ τὰς ἀνοχὰς αἱρουμένου χειροτονίαν συμβάσης οὐκ ἐπεκράτησεν αὐτῆς, ἀλλὰ ἄνευ τῆς ἀρχῆς ταύτης τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον διεγένοντο.* Cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 667, 4 (1^2 p. 643, 4).

II. 457. 29 (54, 17, 2) *τόν τε πολίαρχον τὸν ἐς τὰς ἀνοχὰς καθιστάμενον ἕνα ἀεὶ αἱρεῖσθαι* . . . (Augustus) *ἐκέλευσεν.* Cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 672, 2 (1^2 p. 648, 1).

πολιαρχεῖν bis invenitur:

II. 441. 1 (53, 33, 3) *κἀν ταῖς ἀνοχαῖς δύο καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπολιάρχησαν, καὶ εἷς γέ τις αὐτῶν οὐδ' ἐς μειράκιά πω τελῶν ὅμως ἦρξεν.* Cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 671, 4 et 672, 1 (1^2 p. 647, 4 et 6).

II. 668. 20 (60, 5, 8) Claudius *τούς τε γάμβρους . . . πολιαρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς ἐκέλευσεν.* Cf. Mommsen *Staatsr.* 1^3 p. 672, 2 (1^2 p. 648, 1).

Πολιανόμοι πολιανομεῖν.

πολιανόμοι appellantur atque *πολιανομεῖν*[242]) dicuntur *ii praefecti* quos Caesar annis 46 et 45 a. C. Lepido magistro equitum *adiutores in urbe administranda* attribuit.

[241]) De iis quae Lepidus Plancusque consules huius anni gesserunt, non multum constat; III viri hoc anno 42 Lepido consuli custodiam urbis permiserant: II. 224. 21 (47, 20, 1) *Λέπιδος μὲν αὐτοῦ τήν τε πόλιν καὶ τὴν ἄλλην Ἰταλίαν διάξων, ὥσπερ εἶπον, ὑπέμεινε,* cf. II. 209. 21 (46, 56, 1) III viri *προσσυνέθεντο . . . Λέπιδον μὲν . . . ὕπατον ἀποδειχθέντα τήν τε Ῥώμην καὶ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν διὰ φυλακῆς ἔχειν.* Nescio, an Dio vel eius auctor hanc Lepidi custodiam urbis cum praefectura urbis confuderit atque Lepidus, praefectus urbi potius quam consul habitus, hoc anno Iovi Latiari sacrificaverit.

[242]) Plato *ep.* 13, 363 C; *πολιανόμος* apud veteres non invenitur.

II. 89. 16 (43, 28, 2) Caesar *αὐτὸς ἐξεστράτευσεν, τὴν πόλιν τῷ τε Λεπίδῳ καὶ πολιανόμοις τισὶν ὀκτώ, ὥς τισι δοκεῖ, ἢ ἕξ, ὡς μᾶλλον πεπίστευται, ἐπιτρέψας.* *πολιανόμος*

Postero quoque anno (45 a. C.) hi *πολιανόμοι* rursus occurrunt: II. 102. 6, 8 et 16 (43, 48, 1 et 3) *καὶ ἐπὶ τῆς διοικήσεως δύο τῶν πολιανομούντων, ἐπειδὴ ταμίας οὐδεὶς προεκεχειροτόνητο, ἐγένοντο. ὥσπερ γάρ ποτε πρότερον, καὶ τότε ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος οἱ πολιανόμοι πάντα τὰ ἐν τῷ ἄστει πράγματα μετὰ τοῦ Λεπίδου ἱππαρχοῦντος ἔσχον· καὶ αἰτιαθέντες γε ὅτι καὶ ῥαβδούχοις καὶ τῇ ἐσθῆτι τῷ τε δίφρῳ τοῖς ἀρχικοῖς, ὥσπερ ὁ ἵππαρχος, ἐκέχρηντο, ἀφείθησαν, νόμον τινὰ προβαλλόμενοι δι' οὗ πᾶσι τοῖς παρὰ δικτάτορος ἀρχήν τινα λαβοῦσι χρῆσθαι αὐτοῖς ἐδίδοτο.... τούς τε οὖν θησαυροὺς τοὺς δημοσίους δύο τότε τῶν πολιανομούντων διῴκησαν, καὶ τὰ Ἀπολλώνια ὁ ἕτερος αὐτῶν τῇ τοῦ Καίσαρος παρασκευῇ ἐπετέλεσε.*

De iis ita Suetonius *Caes.* 76: *ut .... praefectosque pro praetoribus constituerit, qui absente se res urbanas administrarent.* Dionem hos praefectos ceteris praefectis urbi non adaequavisse vel ex eo apparet, quod eos alia appellatione significavit. Idque recte. Nam omnes ceteri praefecti urbi quodammodo urbi praesunt, at his duobus annis magister equitum urbi praefuit[243]). Hi *πολιανόμοι*, magistratus novi, cum ceteri magistratus patricii deessent, *adiutores magistri equitum in urbe administranda*[244]) fuisse videntur: duo ex iis quaestorum loco aerario praesunt, unus ex iis ludos Apollinares fecit, aliique nummos feriendos curaverunt (vide infra). Quod recte Dio eos praefectis urbi non adaequavit, numero quoque ipso horum praefectorum probatur. Ceteri enim praefecti urbi soli[245]) urbi praesunt, praefectis feriarum Latinarum tantum per breve tempus exceptis, hi autem octo simul urbis administrationi intersunt. Eidem nonnullis accusantibus quod lictoribus toga praetexta sella curuli

---

[243]) Dictatore absente magister equitum, si in urbe aderat, urbi praeerat; Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 179, 2 (2² p. 171, 2).

[244]) Ita verbum *νέμειν*, unde *πολιανόμος*, (opp. verbo *ἄρχειν* vocabuli *πολίαρχος*) vim suam habet. Itaque sine causa Mommsen *Staatsr.* 1³ p. 665, 3 (1² p. 641, 3) magistrum equitum non in iis habuit, quos „Oberbeamte" appellat. Mommsen enim dixerat „*Als abwesend gilt die Magistratur, wenn von den Oberbeamten keiner in Rom anwesend ist,*" et quia praefectus urbi constituebatur magistratu absente quem „Oberbeamte" appellat, magistrum equitum non in eorum numero habuit. At ita quoque difficultas remansit: nam parte posteriore anni 46 Lepidus consul factus est.

[245]) Pomponius, in *Dig.* 1, 2, 2, 33.

πολιανόμος utebantur[246]), non eo se defenderunt, quod *praefecti urbi* relicti essent, sed quod vetus quaedam lex esset, ut iis qui munus aliquod a dictatore accepissent, iis insignibus uti liceret. Ad extremum animadvertendum est ne Suetonium quidem eos *praefectos urbi* appellare, sed *praefectos pro praetoribus qui res urbanas administrarent*[247]).

Dio de significatione huius vocabuli non egisse videtur, quia appellatio per se perspicua addito pronomine *τις* satis ei videbatur ad magistratum explicandum, qui non diu duravit[248]).

Στρατίαρχος[249]).

Quos Dio *στρατιάρχους*[250]) appellat, ii Latine *praefecti militares* dici possunt; hi *στρατίαρχοι*, quamquam haec appellatio ad certum munus rei p. Romanae[251]) non spectat, tamen apud Dionem ipsum nunquam cum imperio consulari vel praetorio sunt, neque legati adiecti sunt[252]).

---

246) Cum ei praefecto, quem dictator reliquit, fasces attribuantur (Mommsen *Staatsr.* 1³ p. 383 et 2³ p. 162; 1² p. 367 et 2² p. 154), sine iusta causa ei praefecto, quem consul reliquit, fasces negantur. Quod Mommsen fecit *Staatsr.* 1³ p. 384, 1 (1² p. 367, 6), in hanc opinionem adductus, quod hos Caesaris praefectos re vera iustos praefectos urbi fuisse autumaret. Ceterum 1³ p. 664 et 672 (1² p. 640 et 648) Mommsen sententiam suam dubitanter profert. Hi Caesaris praefecti ideo ad ius praefecti urbi non provocavisse mihi videntur, quod ipsi quoque non ex iure se praefectos urbi iudicarent.

247) Haec nova munera a Caesare instituta proprio nomine caruisse videntur, sed non mirum hos praefectos, qui insignia praefectorum urbi sibi vindicabant, in nummis se ipsos *praefectos urbi* appellavisse; cf. Babelon *Monnaies de la Rép. rom.* 2 p. 239 *Gens Munatia* 1—3.

248) Suspicio subit Caesarem hos praefectos a se designatos magistratibus annuis praetulisse, sed populum Romanum neque regnum neque instituta regia iam tulisse; postea vero ab Augusto complura nova munera imperatoria instituta sunt.

249) Dio ipse *στρατίαρχος* scripsisse videtur (sed cf. Boissevain ad III. 109. 7), ut *ἑκατόνταρχος*. *Ἑκατοντάρχης* non apud Dionem ipsum (cf. Boissevain ad III. 61. 11), nonnunquam apud eclogarios III. 61. 11 et 199. 4 Exc. Urs. s. de leg. gent. 39 et 49; *στρατιάρχης* apud Dionem tantum iis locis qui minus auctoritatis habent. Ceterum apud veteres *στρατίαρχος* Xen. *Reip. Lac.* 13, 4; *στρατάρχης* Her. 3, 157; 8, 44.

250) Dio, si diserte tribunos militum indicare vult, voce *χιλίαρχοι* utitur.

251) Praefectus regis Aegypti *στρατίαρχος* appellatur II. 41. 5 (42, 4, 1) *Ἀχιλλᾶς ὁ στρατίαρχος*, cf. Caes. *bell. civ.* 3, 104, 2 *Achillam praefectum regium.*

252) I. 65. 2 apud Zonaram (lib. 7, 18, 6) *ἐμβαλόντες γὰρ εἰς τὴν τῶν Σαβίνων γῆν οἱ στρατιάρχαι Λούκιόν τινα Σίκιον . . . διέφθειραν.* (*στρατιάρχαι* C A *στρατίαρχοι* Bc). Duo ex Xviris leg. scrib. domi manebant, octo ceteri contra hostes contende-

II. 68. 6 (42, 53, 5) *ὡς οὖν ἐνταῦθα ἦσαν* (Caesaris milites seditionis paenitebat) *καί τις καὶ τῶν στρατιαρχῶν* (*στρατιάρχων*?) *ἐν τοσούτῳ ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης* ⟨*ἢ*⟩[253]) *χαριζόμενος τῷ Καίσαρι, διελέχθη τέ τινα ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ἐδεήθη, „ἀφίημι μέν" ἔφη „καὶ ὑμᾶς τοὺς παρόντας καὶ τοὺς ἄλλους πάντας."* Milites per tribunos militum cum imperatore agere legimus *bell. Gall.* 1, 41, 1 *decima legio per tribunos militum ei* (Caesari) *gratias egit.* Dio, qui si diserte tribunos militum indicare vult, voce *χιλίαρχοι* utitur, hic vocabulum laxioris usus praetulit, quod diversa genera praefectorum militarium velut alae cohortisve vel vexilli complectitur. *στρατίαρχος*

II. 197. 21 (46, 38, 6) Lepidus *οὐδὲν σαφὲς Μάρκῳ Σιλανῷ τῷ στρατιάρχῳ ἐνετείλατο.* De hoc Silano non multum constat[254]); Silanus, qui nusquam Lepidi legatus appellatur, ex cohorte amicorum fuisse videtur, atque a Lepido cum manu delecta ad Antonium missus est (cf. *δύναμίς τις* II. 197. 16), quam Galba (Cic. *ad fam.* 10, 30, 1) *cohortem praetoriam Silani, evocatorum partem,* appellat.

II. 256. 14 (48, 13, 1) *ὅ τε οὖν Καῖσαρ ... καὶ ἡ Φουλουία καὶ ὁ Λούκιος ... καὶ διέπεμπον ἑκασταχόσε καὶ στρατιώτας καὶ στρατιάρχους ἑκάτεροι, καὶ τὰ μὲν προκατελάμβανον τῶν δ' ἀπεκρούοντο.* Nondum totis legionibus per legatos decertabant, sed per parvas manus et praefectos, qui in omnes partes mittebantur, bellum incohabant.

II. 266. 15 (48, 25, 2) Labienus praesidia Syriae facile ad se perduxit *πλὴν τοῦ Σάξου τοῦ τότε αὐτῶν ἡγουμένου ...* (*ἐκεῖνος γὰρ*

---

runt; hi octo *στρατίαρχοι* appellantur, sed Zonaras hanc vocem non e Dione sumpsit, sed de suo usus est, quippe qua appellatione posteriores saepius *duces exercitus* significaverint, velut Zonaras ipse in *Corp. Script. Hist. Byz.* Vol. III p. 549. 1 (lib. 17, 16, 12); p. 557. 10 (17, 7, 37); p. 699. 8 (18, 14, 2); Exc. Urs. s. de leg. gent. 49 cf. p. 108; *στραταρχεῖν*, quod neque apud veteres neque apud Dionem invenitur, I. 188. 4 Zonaras (lib. 8, 21, 1) *ὁ Ἀννίβας στραταρχῶν τῶν Καρχηδονίων.*

253) *ἢ* hoc loco non inserendum esse puto; *ἢ .... ἢ καί* saepius (nonnunquam *ἢ* in prima parte omittitur), vel *ἤτοι ... ἤ*, sed nunquam *ἢ καὶ ... ἤ*, quantum scio. Sed opposita posci mihi quoque videntur. Fortasse exciderunt aliquae: *ἐν τοσούτῳ* ⟨*ἢ κελευσάντων* vel *αἰτησάντων τῶν στρατιωτῶν*⟩ *ἢ καὶ* vel tale quid. Boissevain me monuit *ἢ καί* fortasse loco suo remotum esse: *ἐν τοσούτῳ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης ἢ καὶ χαριζόμενος.*

254) *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 246 n. 549. Minus dubitanter Drumann-Groebe 4² p. 53 n. 47, atque Münzer apud Pauly-Wissowa *R. E.* 10 p. 1095 n. 172. Ceterum hic aeque ac Marquardt (*Röm. Staatsverf.* 2² p. 402, 7) propter vocabulum *στρατίαρχος* putat Silanum *tribunum militum* fuisse. Id autem neutiquam recte; etiamsi Silanus tribunus militum fuit, eum tamen cum singulari quodam imperio his copiis praefuisse veri simile est.

στρατίαρχος καὶ ἀδελφὸς τοῦ στρατιάρχου ὢν καὶ ταμιεύων μόνος αὐτῷ οὐ προσεχώρησε), καὶ τὸν Σάξαν τὸν ἄρχοντα μάχῃ τε ἐκ παρατάξεως καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ ἀρετῇ τῶν ἱππέων ἐνίκησε. L. Decidius Saxa maior hoc loco et *στρατίαρχος* et *ἄρχων* appellatur; Saxa, paucis annis ante a Caesare civitatem adeptus, 44 a. C. tribunus pl., ab Antonio Syriae praefectus erat, sed non iusto cum imperio proconsulari vel propraetorio, sicut hac voce *στρατίαρχος* apparet, quod verbo *καταλείπειν*[255]) confirmatur II. 265. 4 (48, 24, 3): Antonius *καὶ τέλος Πλάγκον*[256]) *μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῷ ἔθνει, Σάξαν δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ καταλιπὼν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπῆρεν.*

II. 354. 27 (51, 3, 4) Post pugnam Actiacam *οἵ τε ἐν τῷ τεταγμένῳ ἔτι καὶ τότε ὄντες, τὸ μέν τι πρὸς τῶν στρατιαρχῶν* (*στρατιάρχων*?) *κατεχόμενοι, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον τῇ τοῦ Αἰγυπτίου πλούτου ἐλπίδι οὐδὲν ἐνεόχμησαν.*

II. 512. 10 (55, 28, 1) *καὶ γὰρ λῃσταὶ συχνὰ κατέτρεχον, ὥστε τὴν Σαρδὼ μήδ' ἄρχοντα βουλευτὴν ἔτεσί τισι σχεῖν, ἀλλὰ στρατιώταις τε καὶ στρατιάρχαις*[257]) *ἱππεῦσιν ἐπιτραπῆναι.* Nonnunquam *procuratores Aug. praefecti provinciae Sardiniae* inveniuntur, cf. p. 126. Voce

---

[255]) *καταλείπειν* in iis verbis *communis usus* habendum est, quibus Dio saepius de industria utitur, si quis sine munere ordinario alicui negotio praeest II. 465. 30 (55, 25, 1) *Αὔγουστος τὸν μὲν Δροῦσον ἐν τῇ Γερμανίᾳ κατέλιπεν,* Drusus, duobus demum annis post praeturam accepturus, Galliae Germaniaeque praefectus est, cf. p. 28 et adn. 377, II. 437. 12 (53, 29, 1) *Λούκιον Αἰμίλιον ἄρχοντα αὐτῆς* (Hispaniae) *καταλιπών.* Cassiodorus *Chron.* s. a. 730: *His conss. Astures et Cantabri per Lucium Lanium perdomiti.* Dionea voce *καταλιπών* significari suspicor eum non ea dignitate fuisse, ut rite legatus provinciae fieret. Nomen coniectura tentare nolim.

[256]) De hoc Planco nihil constat. Lange *Röm. Alt.* 3², p. 572 de *Tito* Munatio Planco cogitat, at contra de *Lucio* Planco et Drumann-Groebe 4, 213 et Gardthausen *Aug.* 2, 86, 19, qui, cum L. Plancus consul anni 42 bello Perusino interesset, putant Dionem vel in hominibus vel in temporibus erravisse. Titi Planci pleno nomine mentio fit II. 197. 7 (46, 38, 3) *Τίτον Μουνάτιον Πλάγκον*; de Lucii Planci consulatu II. 221. 17 (47, 16, 1) *τοῦ Λεπίδου τοῦ Μάρκου τοῦ τε Πλάγκου τοῦ Λουκίου ὑπατευσάντων.* Tum Plancus quidam memoratur nostro loco II. 265. 4 (48, 24, 3); bello Perusino autem apud Dionem de Lucio Planco mentio fit nulla. Veri simile non est Dionem in nomine *Planci* erravisse. Quamquam L. Plancus proconsul dicitur in nummis inter extremum annum 40 et medium 39 (Babelon *Monn. de la rép. Rom.* 2, p. 239 Munatia 1—3; Bürcklein *Röm. Parth. Feldzüge* p. 60), tamen Dionem hoc loco de Lucio cogitavisse non puto, propterea quod de iusto proconsule usum verbi *καταλείπειν* sermoni Dioneo repugnare mihi constat. Ita difficultas solvi potest, ut sumamus Titum ad tempus provinciae fratri suo destinatae praepositum fuisse ab Antonio.

[257]) Boissevain adnotat: *στρατιάρχοις Dind. sine causa.* Equidem lectionem Dindorfii praetulerim.

ἱππεῦσιν Dio significavit hos praesides esse ex ordine equestri sive procuratores, voce στρατιάρχαις eos militibus praepositos fuisse sine imperio proconsulari vel propraetorio. στρατίαρχος

II. 531. 6 (56, 17, 2) *τῷ δὲ δὴ Γερμανικῷ αἵ τε νικητήριοι τιμαί, ὅπερ που καὶ τοῖς ἄλλοις στρατιάρχοις ὑπῆρξε, καὶ αἱ στρατηγικαί, τό τε τὴν γνώμην πρώτῳ μετὰ τοὺς ὑπατευκότας ἀποφαίνεσθαι, καὶ τὸ τὴν ὑπατείαν θᾶσσον παρὰ τὸ νενομισμένον λαβεῖν* (*ἐδόθησαν*). Germanico ornamenta triumphalia, quae nonnunquam etiam aliis *στρατιάρχοις* tribuebantur, atque ornamenta praetoria ceteraque decreta sunt.

Ii, qui ex imperatoria familia sunt, iuvenes sine imperio proconsulari vel propraetorio ad bella gerenda missi sunt ab Augusto, sed non apparet, quo munere et qua dignitate usi bello praefuerint (cf. p. 28 sq.). Hoc loco Dio Germanico ornamenta triumphalia tributa esse narrat, addens non solum ei, sed etiam aliis *στρατιάρχοις*, sc. praefectis militaribus sine imperio proconsulari vel propraetorio, nonnunquam haec ornamenta tributa esse; itaque Germanico quem hoc anno praefectum sine imperio proconsulari vel propraetorio[258]) (*στρατίαρχον*) fuisse tantum non constat, tamen haec insignia triumphalia non contra morem ab Augusto institutum data sunt. Haec ornamenta large tribuisse Augustum ex Suetonio apparet (*Aug.* 38): *Nec parcior in bellica virtute honoranda, super triginta ducibus iustos triumphos et aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit*[259]).

III. 110. 1 Zonaras (lib. 11, 15 p. 485, 10B; apud Dionem 64, 10, 2ᵃ) *ὅθεν μαλακίαν αὐτοῦ καταγνόντες οἱ στρατιῶται καὶ οἱ στρατάρχαι οὐδὲν τῶν δεόντων ἔπραξαν, ἀλλ' ἡττήθησαν καὶ τοῖς τοῦ Οὐιτελλίου ἐπεκηρυκεύσαντο καὶ ἀνεμίχθησαν σφίσι.* Codd. *στρατάρχαι*; num ita Dio dubitat Boissevain, idque iure quod ad formam. Ceterum Zonaram vocabulum *στρατιάρχους* apud Dionem legisse veri simile est;

---

[258]) Quod imperium propraetorium ei deerat, eo confirmatur, quod ornamenta praetoria ei decreta sunt.

[259]) Si recte vidi, Mommsen erravit *Staatsr.* 1³, p. 465 (1², p. 449) *Uebrigens hielt Augustus daran fest, daß die Triumphalornamente nur da gegeben werden sollten, wo nach der bisherigen Ordnung die Bedingungen des Triumphs vorhanden waren*, cf. etiam Suet. *Tib.* 20 Tiberius *triumphum, quam distulerat, egit prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat.* Neque recte Marquardt *Staatsverw.* 2², p. 592: *Augustus erteilte diese Auszeichnungen an mehr als dreißig Personen und zwar, soviel man aus den bekannten Beispielen ersehen kann, an Consulare*, cf. Borghesi *Œuvres* 5, p. 27: *Da quelli che sono noti consta però che furono tutti uomini consolari.* Germanicus utique consularis non erat.

στρατίαρχος a Zonara enim hac appellatione, ubi ea de suo utitur, dux exercitus significatur (cf. adn. 252), a Dione praefectus quidam militaris sine imperio consulari vel praetorio, de quibus ducibus minoribus hoc loco agi videtur collatis verbis *οἱ στρατιῶται καὶ οἱ στρατάρχαι οὐδὲν τῶν δεόντων ἔπραξαν* cum Tac. *Hist.* 2. 39 *Tribuni centurionesque ambigui, ... miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari quam exsequi mallet.* Voce *στρατάρχαι* hoc loco praefecti tribunique militares designari videntur[260]).

III. 173. 4 (67, 6, 4) Exc. Val. 281: *ὅτι ὁ αὐτὸς* (Domitianus) *παίσας τοῖς στρατιάρχαις ἐπεκάλει.* Hoc loco vox *στρατιάρχαις* eclogario cui *στρατιάρχαι* duces exercitus sunt, attribuenda est, cf. adn. 252 et p. 14.

III. 198. 2 (68, 12, 1) Xiph. *Λογγῖνον δέ τινα στρατοπέδου Ῥωμαϊκοῦ ἐξηγούμενον* ... Exc. Urs. s. de leg. gent. 49: *ὅτι ὁ Δεκέβαλος ὁ τῶν Δακῶν βασιλεὺς συλλαβὼν Λογγῖνον τὸν τοῦ Τραϊανοῦ στρατιάρχην δόλῳ.* Eclogarius, ut nos aliqua ex parte de hominibus, de quibus agitur, certiores faceret, more suo verba *ὁ τῶν Δακῶν βασιλεύς* et *τὸν τοῦ Τραϊανοῦ στρατιάρχην* addidit; posterioribus autem *στρατιάρχην ducem exercitus* esse iam saepius vidimus, cf. adn. 252. Ceterum de munere huius Longini nihil certi scimus, cf. *Pros. Imp. Rom.* 2, p. 298 n. 247. Etiam Xiphilinus verba *στρατοπέδου Ῥωμαϊκοῦ ἐξηγούμενον* de suo addidisse videtur; utique neque voce *Ῥωμαϊκός* neque *ἐξηγεῖσθαι* Dio ita uti solet. Xiphilinus his verbis ducem exercitus, non legatum legionis designare mihi videtur, cf. III. 246. 11 (71, 2, 1) Xiph. *στρατόπεδον ὅλον Ῥωμαϊκόν* id est totus exercitus Romanus[260a]).

III. 400. 6 (77, 21, 2) Exc. Val. 391: Theocritus *ἐκ δούλου καὶ ἐξ ὀρχηστοῦ καὶ στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος ἐγένετο.* Theocritus, qui his temporibus maiore cum potestate erat, quam quos Dio *στρατιάρχους* appellat, ab eclogario qui saepius in extremis excerptis

260) Domaszewski *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 80: *So zählen die Centuriones ... gleich den Gregarii zu den milites.*

260a) Notandum Xiphilinum ipsum dixisse III. 244. 9 sqq. (70, 2, 2) Dionem non sibi praesto fuisse. Igitur Dionis usus verborum hic nil docere potest. Iure Marquardt *Röm. Staatsverw.* 1^2 p. 371, 11 sententiam Borghesii *Œuvr.* 4, 254; 5, 375) oppugnavit, qui de legione agi putabat, neque tamen recte vidit *στρατόπεδον* de qualibet exercitus parte usurpari potuisse, quam sententiam secutus est E. Napp *De rebus Imp. M. Aurelio Antonino in Oriente gestis* p. 16. *Στρατόπεδον* Dioni vel *legio* vel *exercitus* est, Xiphilino ubi hoc vocabulo de suo utitur, *exercitus.* Quod ad rem cf. Fronto *Princ. Hist.* ed. Naber p. 209 *exercitum (ducens)* et *Vita Veri* 6, 9 *Caesis legionibus.*

verba mutat *στρατιάρχης* i. e. *dux exercitus* dicitur; cf. III. 399. 21 (77, 21, 1) Xiph. *ἐς δὲ τοὺς Ἀρμενίους στείλας τὸν Θεόκριτον μετὰ στρατιᾶς*. Sed Theocritus duo munera gessisse dicitur: *καὶ στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος* appellatur. Cum veri simile mihi videatur secundum munus maius fuisse quam prius, vix quicquam relinquitur quam ut Theocritus postea etiam ad praefecturam praetorii vel Aegypti ascenderit[261]), nisi quis credit eclogarium male interpretatum esse: *ὡς μηδὲν εἶναι ἄμφω πρὸς αὐτὸν τοὺς ἐπάρχους* III. 400. 9 (77, 21, 2) Xiph. *στρατίαρχος*

Ναύαρχος ναυαρχία ναυαρχεῖν.

Haec vocabula, quae de eis dicuntur qui alicui classi praesunt, ad certum unum munus rei publicae Romanae non spectant.

I. 114. 8 (lib. 9 Bekker *Anecd.* p. 158, 25) *Λούκιος Οὐαλέριος ναυαρχῶν τε Ῥωμαίοις*. Zonaras (lib. 8, 2, 2) *ναυαρχοῦντος δὲ Λουκίου Οὐαλλερίου*. Is *II vir navalis* fuisse videtur, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3, p. 580, 1 (2^2, p. 565, 3)[262]).

I. 373. 29 (36, 26, 3) Pompeius in oratione sua: *συχνοὶ δέ εἰσι καὶ βουλόμενοι ναυαρχῆσαι καὶ δυνάμενοι* ... qui imperium rei navalis gerere et volunt et possunt. De summo imperio contra piratas agitur.

I. 378. 28 (36, 36, 1) *καὶ ναυάρχους καὶ ὑπάρχους* ... i. e. quibus imperium quoddam (minus) et in mari (*ναύαρχοι*) et in terra (*ὕπαρχοι*) mandatum erit.

II. 28. 18 (41, 48, 1) *ἐπεὶ δὲ ... τὴν ναυαρχίαν ὁ Λίβων διεδέξατο.* Bello civili singulis classibus singuli duces praeerant, velut *Liburnicae atque Achaicae classi Scribonius Libo et M. Octavius. Toti tamen officio maritumo M. Bibulus praepositus cuncta administrabat; ad hunc summa imperii respiciebat* (Caes. *bell. civ.* 3, 5, 4). Et mox *eo mortuo, ad neminem unum summa imperii redit, sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat* (*bell. civ.* 3, 18, 2). Dio de Bibulo II. 26. 15 (41, 44, 3) *ᾧ ἡ θάλασσα φρουρεῖσθαι προσετέτακτο.*

---

[261]) Recte Boissevain p. 399 in adn.: *iis certe temporibus praefectum praetorio eum non fuisse Xiphilinus testis est.* Sed postea fuisse potest. De praefectura alicuius exercitus cogitat Mommsen *C. I. L.* 3, 6809, p. 1241 in fine, coniungens *στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος*. Dessau *Pros. Imp. Rom.* 3, p. 311 n. 117: *A Caracalla cura expeditionis Armeniacae ei commissa,* Borghesi *Œuvres* 10, 98—99 eum praefectum praetorio fuisse putat.

[262]) I. 152. 7 et 153. 3 Zon. (lib. 8, 10, 6 et 9) Carthaginiensium praefectus classis *ναυαρχῶν* et *ναύαρχος* dicitur.

ναύαρχος Incertum manet, utrum non recte Dio putaverit Libonem Bibulo successisse, an diversis his vocabulis significaverit imperium quod Bibulus habuerit, ex parte ad Libonem pervenisse, vel, ut Caesaris verba citem, Libonem *Bibulo mortuo suam classem ad arbitrium suum administravisse.*

Restat *praefectura classis et orae maritimae,* quam senatus 43 a. C. Sex. Pompeio detulit[263]):

II. 198. 25 (46, 40, 3) *τῷ τε γὰρ Πομπηΐῳ τῷ Σέξτῳ τὸ ναυτικὸν ... ἐνεχείρισαν.* Ipse postea *ναυαρχεῖν* dicitur et *ναύαρχος* appellatur:

II. 218. 29 (47, 12, 2) *ναυαρχεῖν τε γὰρ πρότερον αἱρεθεὶς ... καίπερ τῆς ἀρχῆς μετὰ τοῦθ' ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἀποστερηθείς.*

II. 259. 12 (48, 17, 1) *ὁ γὰρ Σέξτος ὡς ... ναύαρχος οὐ πολλῷ ὕστερον κατέστη, τῆς μὲν ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ Καίσαρος παρελύθη, τοῦ δὲ δὴ ναυτικοῦ καὶ ὣς ἀντεχόμενος κ. τ. λ.*

Ceterae praefectorum appellationes.

Ceteri praefecti apud Dionem suo nomine carent atque variis modis designantur[264]):

Praefectus moribus.

II. 80. 6 (43, 14, 4) *τῶν τε τρόπων τῶν ἑκάστου ἐπιστάτην* (*οὕτω γάρ πως ὠνομάσθη ...*), cf. Suet. *Caes.* 76 *praefecturam morum recepit.* Hoc Caesaris munus, cuius natura a ceteris praefecturis differt, Dio vocabulo designavit, quo solemnem in modum uti non solet.

Praefecti Capuam Cumas.

II. 467. 18 (54, 26, 7) *οἱ τέσσαρες οἱ εἰς τὴν Καμπανίαν πεμπόμενοι.*

Praefectus Aegypti.

Dio cum narraret Aegyptum imperio Romano adiungi, de appellatione *praefecti Aegypti* praeter consuetudinem suam non egit: II. 367. 14 (51, 17, 1) *ἐκ δὲ τούτου τήν τε Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε καὶ τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ ἐπέτρεψε· ... οὐδενὶ βουλευτῇ ...*

---

263) Revera Sex. Pompeius *praefectus* erat *classi et orae maritimae ex s. c.* cf. Babelon *Monn. de la Rép. Rom., Pomp.* 21—27, Vell. 2, 73, 2: *quem senatus ... orae maritimae praefecerat* (paulo infra Mena et Menecrates, *paterni liberti, praefecti classium* Sexti appellantur). Itaque rectius quodammodo quam apud Dionem, neque tamen recte ab Appiano Pompeius *τῆς θαλάσσης ἄρχειν* dicitur et *θαλασσοκράτωρ* appellatur *bell. civ.* 3, 4; 4, 70; 84; 94; 96.

264) Dio de singulis eorum nominibus agere supersedit.

ceteri praefecti

ἐγχειρίσαι αὐτὴν ἐτόλμησε e. q. s.; et cum de administratione provinciarum ageret, de Aegypto id tantum addidit II. 423. 1 (53, 13, 2): *ἐκείνοις γὰρ δὴ μόνοις* (Aegyptiis) *τὸν ὠνομασμένον ἱππέα, δι' ἅπερ εἶπον, προσέταξεν*[265])· Ceteroquin *praefectus Aegypti ὁ τῆς Αἰγύπτου ἄρχων* ei est[266]) II. 437. 22 (53, 29, 3); II. 447. 15 (54, 5, 4); II. 607. 1 (58, 19, 6); III. 81. 19 (63, 18, 1) Xiph.; III. 268. 21 (71, 28, 4) Exc. Val. Ille *ἄρχειν* dicitur II. 567. 31 (57, 10, 5); III. 443. 17 (78, 35, 1); III. 474. 24 (80, 2, 4) Xiph. *Praefectura Aegypti ἡ τῆς Αἰγύπτου ἡγεμονία* appellatur III. 264. 8 (71, 22, 2) Xiph.

Dio igitur rem[267]) non nomen secutus *praefectum Aegypti* eisdem vocabulis designavit atque praesides provinciarum senatorii ordinis. Tamen hic usus verborum a ceteris auctoribus titulisque plane abhorret, cf. Magie *l. l.* p. 104 et 105.

Praefecti aerarii Saturni[268]).

Munus eorum significatur vocabulo *διοίκησις*[269]):

II. 414. 27 (53, 2, 1) Octavianus *ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα καὶ ἔδωκεν αὐτῷ, πρός τε τὴν διοίκησίν σφων δύο κατ' ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε.*

II. 439. 32 (53, 32, 2) *ὁ Αὔγουστος . . . στρατηγοὺς δέκα . . . ἀπέδειξε· . . . ἔμελλον δὲ αὐτῶν . . . δύο δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει ὅσα ἔτη γενήσεσθαι.*

II. 667. 8 (60, 4, 4) Claudius *πολλάκις . . . τοῖς στρατηγοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι, συνεξητάζετο.*

II. 672. 30 (60, 10, 3) *τινὲς τῶν στρατηγῶν τῶν τὴν διοίκησιν ἐγκεχειρισμένων.*

II. 685. 13 (60, 24, 1) Claudius *καὶ τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας ταμίαις αὐτὴν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν.*

---

265) De hoc loco egi p. 125.

266) O. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-B.* p. 346, 5, qui dixerat *praefectum Aegypti* Graece *ἔπαρχον Αἰγύπτου* appellari, addit: *Zuweilen gebraucht Dio dafür ὁ τῆς Αἰγύπτου ἄρχων.* Id tantum eatenus recte, quod Dio alia appellatione non usus est.

267) Imperium huius praefecti atque imperia pronconsulum atque legatorum provinciarum iam sub Augusto lege uno ordine posita erant, cf. Ulpianus *Dig.* 1, 17, 1: *Praefectus Aegypti non prius deponit praefecturam et imperium, quod ad similitudinem proconsulis lege sub Augusto ei datum est,* et O. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-B.* p. 345.

268) De iis cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 557 sq. (2^2 p. 544 sq.).

269) *διοίκησις* apud veteres Graecos est *dispensatio pecuniae publicae*, cf. adn. 45.

ceteri praefecti

Nero curam aerarii viris praetoriis[270]) mandavit, idque ita mansit. Dio de iis II. 102. 13 (43, 48, 3) *τὸ δ' οὖν κατὰ τὴν διοίκησιν . . . τὸ τελευταῖον τοῖς ἐστρατηγηκόσι προσετάχθη.*

Praefecti aerarii militaris[271]).

De eorum munere Dio:

II. 510. 3 (55, 25, 2) *ἐσήνεγκεν Αὔγουστος χρήματα . . . ἐς τὸ ταμιεῖον, ὃ καὶ στρατιωτικὸν ἐπωνόμασε, καὶ τρισὶ τῶν ἐστρατηγηκότων τοῖς λαχοῦσιν ἐπὶ τρία ἔτη διοικεῖν προσέταξε.*

II. 477. 12 (in *Indice* libri 55) hi praefecti *οἱ τὰ στρατιωτικὰ χρήματα διοικήσοντες* appellantur.

Praefectus alimentorum.

De cura alimentorum apud Dionem mentio fit III. 191. 1 (68, 5, 4) Xiph. Traianus *πολλὰ ἐποίει . . . πρὸς χάριν τῶν ἀγαθῶν, ἐκείνων τε διαφερόντως ἐπιμελούμενος, ὥς καὶ ταῖς πόλεσι ταῖς ἐν Ἰταλίᾳ πρὸς τὴν τῶν παίδων τροφὴν πολλὰ χαρίσασθαι*[272]).

De eadem cura alimentorum fortasse agitur III. 428. 11 (78, 22, 5), si quidem recte supplevi *ἐπ' ἐλπίδι β⟨ιότου τρε⟩φομένοις.* Si id ita est, haec cura nonnullis annis neglecta a Macrino restituta est.

Praefectus annonae[273]).

III. 295. 2 (72, 13, 2) Xiph. *Παπίριος Διονύσιος ἐπὶ τοῦ σίτου τεταγμένος.*

III. 296. 7 (72, 14, 3) Xiph. *ἀνῃρέθη δὲ καὶ Διονύσιος πρὸς τοῦ Κομμόδου, ὁ ἐπὶ τοῦ σίτου ταχθείς.*

De M. Aurelio Papirio Dionysio cf. *Pros. Imp. Rom.* 1, p. 212 n. 1283.

Praefecti frumenti dandi.

II. 444. 11 (54, 1, 4) Augustus *ἐκέλευσε δύο ἄνδρας τῶν πρὸ πέντε που ἀεὶ ἐτῶν ἐστρατηγηκότων πρὸς τὴν τοῦ σίτου διανομὴν κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι.*

II. 457. 27 (54, 17, 1) Augustus *ταῦτά τε οὖν ὡς ἕκαστα διενομοθέτει, καὶ ἵνα ἐπὶ τῇ τοῦ σίτου διαδόσει προβάλλωνται [καὶ] οἱ ἐν ταῖς*

---

[270]) Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 559 (2^2 p. 546).

[271]) Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1011, 1 (2^2 p 970, 3).

[272]) Hirschfeld, *Getreideverwalt.* p. 33 (cf. *Die kais. Verw.-B.* p. 218, 1) de eodem munere agi putavit III. 426. 22 (78, 22, 1). Plures eius sententiam secuti sunt, velut Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1080, 1 (2^2 p. 1032, 1); quam tamen stare non posse mox probare conabor p. 113.

[273]) Maecenas in oratione sua II. 403, 13 (52, 33, 1) verbis *τοῦ τὸν σῖτον ἐπισκοποῦντος* de eius munere cogitavisse videtur.

ἀρχαῖς ἀεὶ ὄντες ἕνα ἕκαστος ἐκ τῶν πρὸ τριῶν ἐτῶν ἐστρατηγηκότων, καὶ ἐξ αὐτῶν τέσσαρες οἱ λαχόντες σιτοδοτῶσιν ἐκ διαδοχῆς. ceteri praefecti

III. 426. 22 (78, 22, 1) *καὶ ὁ Φλάκκος τὴν τῶν τροφῶν διάδοσιν, ἣν ὁ Μανίλιος πρότερον ἔσχε τῆς κατ' αὐτοῦ συκοφαντίας γέρας εἰληφώς* (cod. *εἰλήφει*), *ἐπετράπη*[274]). Praeter hunc locum nusquam mentio fit de munere aliquo, quo functus sit vel Flaccus vel Manilius[275]). Igitur necesse verba Dionea diligenter examinare. Vox *διάδοσις* saepius invenitur velut I. 479. 1 (39, 24, 1) Pompeius *ἔσχε μὲν καὶ ἐν τῇ τοῦ σίτου διαδόσει τριβήν τινα· πολλῶν γὰρ πρὸς τὰς ἀπ' αὐτοῦ ἐλπίδας ἐλευθερωθέντων ἀπογραφήν σφων, ὅπως ἔν τε κόσμῳ καὶ ἐν τάξει τινὶ σιτοδοτηθῶσιν, ἠθέλησε ποιήσασθαι*, cf. I. 438. 10 (38, 13. 1) *ὁ οὖν Κλώδιος τόν τε σῖτον προῖκα αὖθις διένειμε*. Munus praefectorum frumenti dandi dicitur *ἡ τοῦ σίτου διάδοσις* II. 457. 27 (54, 17, 1), item *ἡ τοῦ σίτου διανομή* II. 444. 11 (54, 1, 4). *Διάδοσις* de distributione pecuniae II. 687, 2 (60, 25, 8)[276]). *Τροφαί* ea dicuntur quae ad victum pertinent „*levensmiddelen*“[277]) (cf. Plat. *Prot.* 322 a *τὰς ἐκ γῆς τροφὰς εὕρετο*): I. 386. 6 (36, 47, 2) *ἀπορίᾳ τῶν τροφῶν*; I. 397, 17 (37, 5, 5) *ὑπὸ τῆς σπάνεως τῶν τροφῶν;* I. 491. 9 (39, 46, 3); I. 525. 7 (40, 40, 2); II. 673. 3 (60, 11, 1) *ἐν τῷ τότε παρόντι ἀφθονίᾳ τῶν τροφῶν*[278]). His locis examinatis vix dubitari potest, quin *ἡ τοῦ σίτου διάδοσις* atque *ἡ τῶν τροφῶν διάδοσις* ad idem fere officium spectent, atque Dio hoc loco vocem *τροφαί* ideo praetulerit, quod non tantum frumentum, sed etiam inde a Severo oleum[279]) distribueretur[280]).

274) Cf. adn. 272.

275) Apparet autem eos in numero senatorum fuisse: III. 426. 3 (78, 21, 1) *τρεῖς δὲ δὴ τῶν βουλευτῶν . . . τόν τε Μανίλιον . . .*, atque Hirschfeld recte adnotat ex toto contextu colligi posse eos inter amplissimos senatores numerandos esse.

276) Cf. *διαδίδωμι* II. 627. 22 (59, 9, 6); II. 682. 32 (60, 25, 7).

277) *Alimenta* „onderhoud (en opvoeding)“ vel „kosten voor onderhoud en opvoeding“ (cf. *cura alimentorum*) Dioni *τροφή* est: III. 191. 2 (68, 4, 4) Xiph. *πρὸς τὴν τῶν παίδων τροφήν*. Conferri potest Herodot. 2, 3, 1 *κατὰ τὴν τροφὴν τῶν παίδων*. Neque aliter victus ipse „(levens)onderhoud“ Dioni *τροφή* est I. 525. 1 (40, 40, 1) *τῆς τε τροφῆς τῶν ἵππων ἕνεκα*, cf. vs. 4 et 7 *τὰ σίτια* et *ταῖς τροφαῖς*. Vide quoque II. 11. 22 (41, 17, 1); III. 11. 8 (60, 32, 5) exc. Val. s. de virt. et vit. et Zon. *ἥ τε τροφὴ καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ* et cf. Plat. *Polit.* 275 c et *Alcib.* 1, 122 b.

278) Non credibile est praefectum alimentorum — Hirschfeld *Die kais. Verw.-B.* p. 218, 1 putat tale munus Flacco mandatum fuisse — varias res, quae ad victum necessariae sunt, distribuendas curavisse.

279) Rostowzew apud Pauly-Wissowa *R. E.* VII p. 179, 1 s. v. *Frumentum* et Hirschfeld *l. l.* p. 245, 2.

280) Verba quae sequuntur *διαδίδοσθαί τινα* ad distributiones extraordinarias spectare mihi videntur, quae praeter eas quae ludis Floralibus fiebant, sublatae esse dicuntur.

ceteri praefecti

Praefectus vigilum.

Dio cohortes vigilum ab Augusto institutas esse enarrans de appellatione eorum praefecti non egit: II. 511. 1 sqq. (55, 26, 4 et 5) *ἐπειδή τε ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, ἄνδρας τε ἐξελευθέρους ἑπταχῇ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατελέξατο, καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν, ὡς καὶ δι' ὀλίγου σφᾶς διαλύσων. οὐ μέντοι καὶ ἐποίησε τοῦτο· ... ἐτήρησεν αὐτούς, καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οἱ νυκτοφύλακες οὗτοι* e. q. s. Hic quoque praefectus ut ceteri praefecti, qui militibus praesunt, Dioni *ἄρχων* est atque eius munus *ἀρχή*:

II. 597. 28 (58, 9, 3) *Γραικινίῳ Λάκωνι τῷ τῶν νυκτοφυλάκων ἄρχοντι.*

II. 684. 25 (60, 23, 3) *τόν τε Λάκωνα τὸν πρότερον μὲν τῶν νυκτοφυλάκων ἄρξαντα.*

III. 26. 2 (61, 6, 6) Exc. Val. *ὅτι Λαιλιανὸς ... τὴν τῶν νυκτοφυλάκων ἀρχὴν προσετέτακτο*[281]).

Praefectus vehiculorum per Flaminiam.

III. 413. 17 (78, 11, 3) *τοῖς ὀχήμασι τοῖς κατὰ τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν διαθέουσιν ἐπετάχθη.*

Praefectus legionis.

Praefectus legionis[282]) is appellatur, qui ex equestri ordine legioni praeerat velut legionibus Aegypti et legionibus I II III Parthicis, ex quibus legio II castra habebat in monte Albano. Is praefectus *ἄρχων* dicitur:

III. 417. 11 (78, 13, 4) *τὸν Τρικκιανὸν ... τότε τοῦ Ἀλβανίου στρατοπέδου ἄρχοντα*[283]).

Fortasse huc pertinet:

III. 476. 3 (80, 4, 2) Xiph. *ὥστε τολμῆσαι τοὺς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ τὸν ἄρχοντά σφων Φλάουιον Ἡρακλέωνα ἀποκτεῖναι* (Exc. Val. 415 *ὡς καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἀποκτεῖναι*). Hirschfeld, *Die kais. Verw.-B.* p. 397 putat eum praefectum legionis I aut III Parthicae fuisse, neque aliter Marquardt *Staatsverw.* 1^2 p. 437, 4. Dessau, *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 68 n. 187, satis habet eum Alexandri Severi ducem

---

[281]) Libro 52 praefectus ipse *νυκτοφύλαξ* II. 296. 10 (52, 24, 6) et *νυκτοφυλακῶν* II. 403. 13 (52, 33, 1) appellatur; ceteroquin vigiles Dioni *νυκτοφύλακες* sunt, quod ex locis laudatis satis apparet.

[282]) Cf. Domaszewski *Die Rangordnung des röm. Heeres* p. 120 sq. De praefecto legionis alio sensu dicto cf. adn. 286.

[283]) III. 457. 21 (79, 4, 3) *ὁ δὲ τῇ Τρικκιανὸς διὰ τοὺς Ἀλβανίους, ὧν ἐγκρατῶς ἡγεῖτο (ἀπέθανεν).* Nescio an Dio voce *ἡγεῖσθαι* de industria usus sit.

appellare; item Goldfinger apud Pauly-Wissowa *R. E.* VI p. 2602 s. v. *Flavius* n° 99 *(General des Kaisers Severus Alexander)*. At ex Dionis verbis non effici potest, utrum Flavius Heracleo, de quo nusquam alibi mentio fit, *praefectus legionis* fuerit an *praeses provinciae Mesopotamiae;* cf. II. 534. 11 (56, 22, 1); II. 562. 23 (57, 4, 2) et al. ceteri praefecti

Praefectus castrorum.

Praefectus castrorum ante Claudium principem non solum is dicitur, qui *praefectus castrorum* legionis sed etiam qui *praefectus castelli* vel *praesidii* est[284]). Talem *praesidii praefectum* habes apud Dionem:

II. 516. 13 (55, 33, 2) *πρὸς Μάνιον Ἔννιον φρούραρχον Σισκίας*. Eundem postea eodem munere in Chaucis functum esse apparet ex Tac. *ann.* 1, 38 *M'. Ennius castrorum praefectus*, cf. Vell. 2, 120, 4[285]).

Inde a Claudio principe *praefectus castelli* non amplius *praefectus castrorum* appellatur.

Praefectus castrorum vel *castrorum legionis*, qui castris alicuius legionis praeest, saeculo II nonnunquam, sed semper inde a Septimio Severo *praefectus legionis* dicitur[286]). Ei administratio nonnullarum rerum, non militum imperium mandatum erat. Dio eius munus *προστασίαν τοῦ στρατοπέδου* appellat III. 457. 15 (79, 4, 1).

---

[284]) Cf. Domaszewski *Die Rangordnung des röm. Heeres* p. 119.

[285]) Cf. I. 205. 20 Zonaras (lib. 8, 24, 3) Hannibal *τὸν φρούραρχον διέφθειρε χρήμασι* (Livius 21, 48, 9 *praefectus praesidii*), et I. 120. 16 (fragm. 40, 11) Exc. Mai. *ὁ Δέκιος ὁ φρούραρχος*, sed hoc loco eclogarius *φρούραρχος* de suo addidit, cf. p. 14. III. 214. 15 (68, 22, 3) Exc. Urs. s. de leg. Rom. *φρούραρχος* appellatur qui Adenystris castello munito Assyriae praeest.

[286]) Cf. Domaszewski *l. l.* p. 119 sq.

Caput III.

De procuratoribus.

Magie *l. l.* p. 27 de appellatione procuratorum summatim haec exposuit: *Procurator* per translationem uno vocabulo Graece reddebatur; vocabulum enim *ἐπίτροπος* ubique in titulis papyrisque et apud scriptores aetatis imperatoriae invenitur; apud Graecos autem haec vox nunquam vocabulum sollemne iuris publici fuit[287]); itaque *ἐπίτροπος* interpretatio nuda appellationis Romanae *procuratoris* esse videtur.

Sed quod ad usum Dionis, res quodammodo aliter se habet. Dio ipse de usu huius vocabuli egit II. 425. 6 (53, 15, 3): *καὶ τοὺς ἐπιτρόπους (οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας καὶ τὰ προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν) ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη, τά τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων τοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει, πλὴν καθ' ὅσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι παρ' ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν.*

Verba ipsa docent Dionem quidem eos tantum procuratores *ἐπιτρόπους* appellare (*ὀνομάζομεν*), *qui reditus publicos* (*τὰς κοινὰς*

---

[287]) Apud Graecos hac voce designabatur, ut Magie addidit, *administrator* quidam sive *rei familiaris*, ut saepe *tutor*, sive *urbis* vel *regionis*. Cf. Herodot. 3, 27; 3,50 dum Histiaeus *τύραννος Μιλήτου* abest, Aristagoras *τῆς Μιλήτου ἐπίτροπος* urbi praeest.

Utriusque usus apud Dionem exempla adsunt: *ἐπίτροπος (ἐπιτροπεία ἐπιτροπεύειν ἐπιτρόπευσις)* de *tutore* I. 187. 1 (fragm. 53) Exc. Val. *Δημήτριος ἔκ τε τῆς τοῦ Πίννου ἐπιτροπεύσεως ... ἐπαρθείς κ. τ. λ.* II. 58. 7 (42, 35, 4) Caesar *τὰς διαθήκας τοῦ πατρὸς αὐτῶν* (Cleopatrae et Ptolemaei) *ἀνέγνω, ἐν αἷς ... τὸν ... τῶν Ῥωμαίων δῆμον τὴν ἐπιτροπείαν σφῶν ἔχειν ἐγέγραπτο.* II. 281. 15 (48, 44, 5) Ti. Claudius Nero *τελευτῶν ⟨οὐ⟩ πολλῷ ὕστερον ἐπίτροπον καὶ τούτῳ* (Druso) *καὶ τῷ Τιβερίῳ αὐτὸν τὸν Καίσαρα κατέλιπεν.* II. 585. 27 (57, 23, 4) Xiph.; III. 222. 2 (69, 1, 1) Xiph.; III. 222. 8 (69, 1, 2) Xiph.; III. 282. 8 (72, 1, 2) Xiph.; I. 19. 4 (fragm. 9, 1) Exc. Val. 5 et Zon. (lib. 7, 8, 3), cf. I. 23. 17 Zonaras (lib. 7, 9, 6). Extra ius Romanum *administrator* quidam, qui regis absentis vice parti regni praeest, *ἐπίτροπος* dicitur II. 63. 30 (42, 46, 4): Pharnaces *μαθὼν τὸν Ἄσανδρον, ὃν ἐπίτροπον τοῦ Βοσπόρου κατελελοίπει, νενεοχμωκότα.* Conferri potest II. 574. 23 (57, 17, 5) Archelaus rex insaniverat, *ὥστε καὶ ἐπίτροπον παρὰ τοῦ Αὐγούστου τῆς ἀρχῆς λαβεῖν.* Eum non recte Marquardt *Staatsverw.* 1^2, p. 366 procuratorem Romanum appellat. Neque enim intellegi potest, qualis procurator ille fuerit.

προσόδους) accipiant et impensas sibi mandatas faciant. Revera hos tantum Dio in reliquo opere[288]) eo vocabulo, ceteros autem procuratores alio modo designare solet[289]).

Nunc de Dionis appellationibus procuratorum ita disseram, ut primum de iis procuratoribus agam, quibus pecunia publica curae est; tum de procuratoribus qui provinciis praesunt; postremo de iis qui praeterea appellatione procuratoris ornantur.

I.

De procuratoribus quibus pecunia publica curae est.

Hos tantum procuratores sibi *ἐπιτρόπους* esse Dionem ipsum commemoravisse atque hunc usum huius vocabuli perpaucis locis exceptis servavisse supra iam vidimus. *Ἀρχήν*, imperium, non habent[290]), quam ob rem nunquam *ἄρχοντας* appellari neque *ἄρχειν*

---

[288]) Ante locum supra citatum Dio hoc vocabulo iam usus erat II. 423. 25 (53, 13, 7), de quo loco cf. p. 125, et ter in Maecenatis oratione libri 52. Primo loco II. 399. 26 et 27 (52, 28, 7) interpretatio vocabuli ex contextu sequitur. Maecenas Augusto suadet *καί σφων* (sc. *τῶν τελῶν*) *ἐκλογέας τοὺς ἐπιτροπεύσοντας ἑκασταχόθι ποιῆσαι, ὥστε αὐτοὺς πᾶν τὸ τῷ τῆς ἐπιτροπείας αὐτῶν χρόνῳ προσῆκον ἐξ ἁπασῶν τῶν προσόδων ἐσπράττειν.* Secundo loco II. 400. 5 (52, 29, 2) diversa genera munerum, de quibus supra actum erat, enumerantur: *καὶ προσέτι τὰ πλείω αὐτῶν* (sc. *τῶν φόρων καὶ τῶν τελῶν*) *οὐχ ἕτεροί τινες ἀλλ' αὐτοὶ ἐκεῖνοι, οἱ μὲν ἄρχοντες οἱ δὲ ἐπιτροπεύοντες οἱ δὲ στρατευόμενοι, λήψονται.* Tertio loco Maecenas, ut ab iis muneribus, quae institui vult, ad principem appellare liceat, suadet II. 403. 11. (52, 33, 1); sed a lectore vix exigi potest, ut sciat qui hoc loco *οἱ ἔπαρχοι, οἱ ἐπίτροποι* (*οἱ μείζονες ἄρχοντες*) intellegendi sint. In Maecenatis oratione vocabula sollemni modo usurpata praeter pauca desunt. Quod ad *ἔπαρχος* et *ἐπίτροπος*, postea demum Dio nos docet, qua speciali significatione his vocabulis usus sit. Recte igitur, ubi haec vocabula in libro 52 adhibet, contextu sermonis significationem specialem accipiunt, excepto tantum hoc uno loco 52, 33, 1. Itaque conicere velim Dionem formam postremam huius orationis constituentem praeter consuetudinem quandoque dormitavisse. Ceterum dubitari non potest, quin hoc loco *οἱ ἔπαρχοι* praefecti praetorio sint, quos Maecenas duos institui vult. Re vera autem a praefecto praetorio appellare non licuit, vide Mommsen *Strafr.* p. 269, 4, coll. p. 283, 3 et 4. Fortasse Dio initio singulos magistratus non enumeravit, vel ius publicum, ut erat, secutus est et postea demum adiecit ab omnibus magistratibus, etiam a praefectis praetorio ad principem appellare licere.

[289]) Pauci loci excipiendi sunt: II. 423. 25 (53, 13, 7), cf. p. 125; III. 13. 19 (60, 33, 5) Xiph., cf. p. 127; III. 78. 11 (63, 12, 4) Xiph., cf. adn. 301; III. 250. 1 (71, 3, 1) Xiph., cf. adn. 302.

[290]) Cf. Dio II. 586. 1 (57, 23, 4) Xiph. Capito procurator Asiae *στρατιώταις ἐχρήσατο καὶ ἄλλα τινὰ ὡς καὶ ἀρχὴν ἔχων ἔπραξεν*, cf. Tac. *Ann.* 4, 15 ubi *vim praetoris* Capito usurpasse dicitur. II. 400. 5 (52, 29, 2) et saepius *οἱ ἄρχοντες* et *οἱ ἐπιτροπεύοντες* inter se discernuntur.

quibus pec. publ. curae est

posse manifestum est. Hi nulla omnino appellatione a Dione designantur nisi vocabulo *ἐπίτροποι*.

Nunc singulos locos recensebo ubi inveniuntur voces *ἐπίτροπος* *procurator*, *ἐπιτροπεύειν* *procuratorem esse*, *ἐπιτροπεία* *procuratio*[291]), *ἐπιτρόπευσις* *procuratoria dignitas* vel *procuratorius cursus*, ut ita dicam.

II. 425. 6 (53, 15, 3)[292]) De hoc loco vide supra p. 116.

II. 425. 11 (53, 15, 4) *ἐντολάς τέ τινας καὶ τοῖς ἐπιτρόποις καὶ τοῖς ἀνθυπάτοις τοῖς τε ἀντιστρατήγοις δίδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξίωσιν.* De iisdem ac paulo supra (§ 3) hic agi manifestum est; ceterum alii procuratores his temporibus nondum in provincias mittebantur.

II. 425. 18 (53, 15, 5) *καὶ τοῖς γε ἐπιτρόποις καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ ἀξιώματος ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀρίθμου τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσγίγνεται.* Hic quoque de iisdem agi apparet. Ceterum etiam alii procuratores cognomine a salario suo derivato utebantur[293]).

II. 461. 18 (54, 21, 3) *ὁ δὲ δὴ Λίκινος τὸ μὲν ἀρχαῖον Γαλάτης ἦν, ἁλοὺς δὲ ἐς τοὺς Ῥωμαίους καὶ δουλεύσας τῷ Καίσαρι ὑπὸ μὲν ἐκείνου ἠλευθερώθη, ὑπὸ δὲ τοῦ Αὐγούστου ἐπίτροπος τῆς Γαλατίας κατέστη. οὗτος οὖν . . . ἀξιώσει δὲ Ῥωμαϊκῇ χρώμενος*, vs. 22 eius munus *ἡ*

[291]) Cum vocabulo *ἐπιτροπεία* *procuratio* confundenda non est vox *ἐπιτροπή*, qua semel Dio usus est. Nam III. 437. 13 (78, 30, 2) ubi Sex. Varius Marcellus *ἐν ἐπιτροπαῖς ἐξετασθείς* dicitur, *ἐπιτροπείαις* pro *ἐπιτροπαῖς* legendum proposuit Boissevain, quod vel titulo Veliterno C. I. L. X 6569 probatur, qui omnes eius procurationes enumerat. Ecce locus ubi Dio semel voce *ἐπιτροπή* usus est: III. 422. 18 (78, 18, 5) *καί τι αὐτοὺς καὶ ἡ τῶν ἐπί τε τῶν ὑπ' ἐκείνου καταδειχθέντων κατάλυσις (πάντα γὰρ ὅσα ποτὲ παρὰ τὸ καθεστηκός, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ δημοσίου τοῦ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ οἰκοθέν τισιν ἐξ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ πρός τινων δήμων ἀνηλίσκετο, ἀνετάγη) καὶ ἡ ἐς τὸ ἔπειτα μηδὲν ὅμοιον αὐτοῖς προσταχθήσεσθαι ἐλπὶς ἀνέπεισε στέρξαι τοῖς παροῦσιν.* Sturz quidem verba *ἐξ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ* *per procuratores eius* vertit; frustra tamen. Ego *eius arbitrio* vertere velim (cf. Thuc. 5, 31, 3 et 4; 5, 41, 2; [Plat.] *Def.* 415 b *ἐξουσία ἐπιτροπὴ νόμου*). Totus hic locus spectare videtur ad ea, quae III. 382 (lib. 77, cap. 9 Exc. Val. sive de virt. et vit. 366) narrata sunt. Quae ibi a Caracalla instituta esse dicuntur, a Macrino sublata esse nostro loco narrat Dio. Utroque loco quaedam iisdem verbis a Dione dicta mihi videntur; quam ob rem verba corrupta *ἡ τῶν ἐπί τε τῶν ὑπ' ἐκείνου καταδειχθέντων κατάλυσις* collatis quae habet Dio 77, 9, 4 *τῶν τε τελῶν τῶν τε ἄλλων ἃ καινὰ προσκατέδειξεν* ita explere velim: *ἡ τῶν τε τελῶν τῶν τε ἄλλων τῶν ὑπ' ἐκείνου καταδειχθέντων κατάλυσις*, reiectis *ἡ τῶν ἐπιταγμάτων τῶν κ. τ. λ.* Bekkeri et *ἡ τῶν ἐπιταγῶν ⟨τῶν⟩* Boissevainii. Ceterum *⟨καὶ⟩ ἐξ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ* legit Bekkerus; praefert Boissevain *ἐξ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ ⟨καὶ⟩*; coll. III. 382. 16 (77, 9, 3) *καὶ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν τῶν πλουσίων καὶ παρὰ τῶν δήμων* apparet vocem *καί* recte nostro loco additam esse.

[292]) De locis libri 52 cf. adn. 288. Quod ad II. 423. 25 (53, 13, 7), cf. p. 125.

[293]) Etiam Maecenas in oratione sua suadet, ut omnibus qui ex equestri ordine munere funguntur, salarium praestetur II. 396. 16 (52, 25, 2).

προστεταγμένη οἱ διακονία appellatur. Is Licinus *procurator* Galliae vel Galliarum[294]) fuisse videtur; Hirschfeld[295]) frustra putat ei, quippe qui eques non esset, nomen procuratoris, defuisse. Fieri enim potest, ut Augustus ei dignitatem equestrem dederit, ut opinatus est Mommsen[296]). Cum tamen Dio disertis verbis has procurationes libertinis quoque hominibus ab Augusto mandatas fuisse affirmet[297]), veri mihi videtur similius Licino quamquam in equestrem ordinem non recepto procurationem Galliarum datam fuisse; id quod eo confirmari puto, quod haec procuratio ἡ προστεταγμένη οἱ διακονία dicitur, quod vocabulum a munere equiti dato alienum est. quibus pec. publ. curae est

II. 462. 8 (54, 21, 6) Augustus *αἰσχυνόμενος, ὅτι τοιούτῳ ἐπιτρόπῳ ἐκέχρητο κ. τ. λ.* Hic de eodem homine agitur ac loco superiore.

II. 585. 28 (57, 23, 4) Xiph. (Tiberius) *τὸν Καπίτωνα τὸν τὴν Ἀσίαν ἐπιτροπεύσαντα ἐς τὸ συνέδριον ἐσήγαγε, καὶ ἐγκαλέσας αὐτῷ ὅτι καὶ στρατιώταις ἐχρήσατο καὶ ἄλλα τινὰ ὡς καὶ ἀρχὴν ἔχων ἔπραξεν, ἐφυγάδευσεν. οὐ γὰρ ἐξῆν τότε*[298]) *τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ*[299]) *χρήματα διοικοῦσι πλέον οὐδὲν ποιεῖν ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐξ ἴσου τοῖς ἰδιώταις δικάζεσθαι.* Cf. Tac. *Ann.* 4, 15 *apud quos* (sc. patres) *etiam tum cuncta tractabantur, adeo ut procurator Asiae Lucilius Capito accusante provincia causam dixerit, magna cum adseveratione principis non se ius nisi in servitia et pecunias familiares dedisse; quodsi vim praetoris usurpasset manibusque militum usus foret, spreta in eo mandata sua: audirent socios. Ita reus cognito negotio damnatur.*

II. 679. 28 (60, 17, 8) *ἡ δ' οὖν Μεσσαλῖνα οἵ τε ἀπελεύθεροι αὐτοῦ οὕτως οὐ τὴν πολιτείαν μόνον, οὐδὲ τὰς στρατείας καὶ τὰς ἐπιτροπείας τάς τε ἡγεμονίας* (civitatem militias procurationes imperia), *ἀλλὰ καὶ τἆλλα πάντα ἀφειδῶς ἐπώλουν καὶ ἐκαπήλευον ὥστε σπανίσαι πάντα τὰ ὤνια*, cf. infra ad III. 136. 6 et III. 149. 10.

---

294) Tres Galliae hoc tempore nondum constitutae erant.

295) O. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-Beamten*, p. 377, 7; cf. p. 468, 1.

296) *Staatsr.* 2³, p. 837, 1 (2², p. 808, 1).

297) Dio II. 425. 9 (53, 15, 3) *τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων τοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων.*

298) Dio vocem *τότε* addidit, quia postea Claudio principe procuratores ius adepti sunt iudicandi in rebus quae ad munus pertinent, cf. Tac. *Ann.* 12, 60; Suet. *Claud.* 12; Mommsen *Staatsr.* 2³, p. 1022 (2², p. 981). Apud Dionem ipsum magna pars rerum Claudio principe gestarum periit.

299) Vox *αὐτοκρατορικός* apud Dionem ipsum non invenitur. Cf. etiam adn. 175.

quibus pec. publ. curae est II. 684. 25 (60, 23, 3) Claudius *τόν τε Λάκωνα τὸν πρότερον μὲν τῶν νυκτοφυλάκων ἄρξαντα, τότε δὲ τῶν Γαλατῶν ἐπιτροπεύοντα, τῷ τε αὐτῷ τούτῳ* (sc. *εἰκόνι καὶ ἕδρᾳ ἐν τῷ βουλευτικῷ, ὁσάκις ἂν ἐς τὸ συνέδριον αὐτῷ συνεσίῃ* rg. 21) *καὶ προσέτι ταῖς τῶν ὑπατευκότων τιμαῖς ἐσέμνυνε.* Provinciae Gallicae Claudio principe aliquamdiu ad unum redactae esse videntur. Nam ille nomen Galliae Comatae, ut Gallia omnis, quam Caesar domuit, significaretur, rursus protulit in oratione sua de iure honorum Gallis dando (Dessau *Ins. Lat. Sel.* 212 col. II vs. 31: *sed districte iam Comatae Galliae causa est agenda*, cf. Tac. *Ann.* 11, 23 et adnotationem meam 368) et cum de Britannia triumpharet, non singulae provinciae Gallicae, sed Gallia omnis ei unam coronam auream contulit cf. Plin. *Nat. Hist.* 33, 16, 54 *Claudius ... cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas ... VIIII milia (pondo habere), quam (contulisset) Gallia comata, titulis indicavit.* Si Dionis verbis *τῶν Γαλατῶν* inhaeremus, sequitur, ut Graecinius Laco totius Galliae procurationem gesserit. Quod etiam O. Hirschfeld *Die kais. Verw.-Beamten* p. 490 *Nachträge* opinatur, putans ad tempus hanc procurationem ad maiorem dignitatis ordinem provectam esse, cf. *l. l.* p. 255, 2. Fortasse ad novam procurationum divisionem praeparandam Claudius totius Galliae procurationem Laconi uni commisit. De hac nova divisione cf. Domaszewski *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 148 sq. Ceterum minus recte, ut mihi videtur, putat Laconem tantum procurationem Galliae Lugdunensis gessisse una cum Belgica atque duabus Germaniis.

III. 43. 19[300]) (62, 2, 1) Xiph. *ὥς γε Δεκιανὸς Κάτος ὁ τῆς νήσου ἐπιτροπεύων ἔλεγεν.* Catus Decianus procurator Britanniae fuit, cf. Tac. *Ann.* 14, 32; 38.

III. 136. 6[301]) (66, 2, 2) Zonaras (lib. 11, 17) *πολλοῖς γοῦν ἀρχάς τε καὶ ἐπιτροπείας αὐτὸς* (Mucianus) *καὶ ὁ Δομιτιανὸς ἔδοσαν, καὶ ἐπάρχους ἄλλους ἐπ' ἄλλοις καὶ ὑπάτους ἀπέδειξαν.*

---

[300]) Quod ad III. 13. 19 (60, 33, 5) Xiph. cf. p. 127.

[301]) III. 78. 11 (63, 12, 4) Xiph. Calvia Crispinilla (*Pros. Imp. Rom.* 1, p. 295 n. 297) *τήν τε γὰρ φυλακὴν αὐτοῦ* (Spori) *καὶ τὴν ἐπιτροπείαν τὴν περὶ ἐσθῆτα, καίπερ γυνὴ καὶ ἐπιφανὴς οὖσα, ἐπεπίστευτο.* Calviam *a veste* fuisse patet; Latine autem, qui est a veste, procurator non dicitur, neque hoc loco vox *ἐπιτροπεία* cum sermone Dionis congruit, quippe cui *ἐπιτροπεία* munus eius sit, qui in pecunia publica administranda versatur. Ex iis autem, quae Dio addidit, colligi potest alias neque feminas neque viros illustres eo munere fungi (*καίπερ γυνὴ καὶ ἐπιφανὴς οὖσα*); quod tituli confirmant: liberti hoc munere funguntur, cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1755—1766. Sed Neronem munus eius cui cum alias tum in Graeciam iter faciens curam vestis mandaverat, rem maximi momenti iudicavisse facile

III. 149. 10 (66, 14, 3) Xiph. Caenis, Vespasiani pelex πάμπολλα . . . παρὰ πολλῶν ἐλάμβανε, τοῖς μὲν ἀρχὰς τοῖς δὲ ἐπιτροπείας στρατείας ἱερωσύνας, ἤδη δέ τισι καὶ ἀποφάσεις αὐτοῦ πιπράσκουσα i. e. magistratus imperiaque procurationes militias sacerdotia iudicia eius. quibus pec. publ. curae est

III. 294. 6[302]) (72, 12, 3) Xiph. ὁ δ' οὖν Κλέανδρος μέγας ὑπὸ τῆς τύχης ἀρθεὶς καὶ ἐχαρίσατο καὶ ἐπώλησε βουλείας στρατείας ἐπιτροπείας ἡγεμονίας πάντα πράγματα i. e. dignitatem senatoriam militias procurationes imperia omnes res.

III. 400. 14 (77, 21, 4) Xiph. Theocritus (a quo Caracalla saltare didicit) συχνοὺς διά τε ταῦτα καὶ ἄλλως ἀπέκτεινε· μεθ' ὧν καὶ Τιτιανὸς Φλάουιος ἐφονεύθη. ἐπιτροπεύων γὰρ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ προσέπταισέ τι αὐτῷ. Flavius Titianus hoc loco *procurator in urbe Alexan-*

intellegimus. Etiam ex eo, quod Nero eidem custodiam Spori, quem uxorem ducere volebat, mandavit, apparet, quanti Calviam fecerit. Itaque hoc munus prorsus extraordinarium existimandum est (cf. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-B.*, p. 307: *Ganz singulär ist die Stellung der Calvia Crispinilla*) quod vocabulis alioquin usitatis designari non poterat; Tacitus nomen muneris evitans eam *magistram libidinum Neronis* appellat *Hist.* 1, 73. Tamen usus vocabuli ἐπιτροπεία hoc loco abhorret ab iis quae Dio ipse II. 425. 6 (53, 15, 3) disseruit, et etiam ab usu veterum Graecorum. Quam ob rem hoc loco vocem ἐπιτροπεία Xiphilino attribuere, certe Dioni abiudicare velim; ἐπιμέλεια vel θεραπεία huius loci esse mihi videtur, cf. apud veteres: Plat. *Polit.* 281 b πότερα μηδεμίαν ἐπιμέλειαν μηδέ τινα θεραπείαν ἐσθῆτος θῶμεν atque quod ad περί Plat. *Soph.* 219 a ὅση περὶ τὸ θνητὸν πᾶν σῶμα θεραπεία.

302) III, 250. 1 et 249 in fine (71, 3, 1) Xiph. L. Verus λέγεται γὰρ μετὰ ταῦτα (Parthis superatis) καὶ τῷ πενθερῷ Μάρκῳ ἐπιβεβουλευκὼς πρίν τι καὶ δρᾶσαι, φαρμάκῳ διαφθαρῆναι. τὸν μέντοι Κάσσιον ὁ Μᾶρκος τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐπιτροπεύειν ἐκέλευσεν. αὐτὸς δὲ τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάροις . . . ἐπολέμησε. Ex Dionis historiis ea quae principe Pio et initio principatus Marci gesta sunt, iam ante Xiphilinum perierant; haec igitur ex aliis fontibus sumpsit. Quaeritur, ubi Xiphilinus Dionem ipsum rursus excerpere coeperit. Iam statim apparet eum nesciisse, quomodo Lucius mortuus sit; itaque Xiphilini temporibus omnes res ante Lucii mortem gestae apud Dionem perierant. Quod eo confirmatur, quod Xiphilinus Veri nomen bello Marcomanico non inseruit nec ad Veri profectionem ex Asia, sed ad eius mortem ea adiungit, quae ad orientis imperium pertinent. Posteriorem partem belli Marcomanici et Avidii defectionem rursus apud Dionem invenit. Haec ut cum prioribus coniungat (lib. 71, 3, 1), Verum (quem ille ignorat iam Romam revertisse) mortuum atque Avidium Cassium Orienti praepositum esse narrat; tum addidit Marcum ipsum prope per totam vitam cum Marcomanis ceterisque gentibus bella gessisse.

Haec ultima ex Dione ipso sumpta esse possunt. Quae de Veri morte habet Xiphilinus, Boissevain quoque Dioni abiudicavit. Sed etiam quod Avidius Cassius τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐπιτροπεύειν dicitur, sermonis Dionei non est. Ab aliis scriptoribus id verbum ita usurpari cum ex aliis tum ex Philostrato *vit. soph.* 1, 13 apparet, a quo hic Avidius ὁ τὴν ἑῴαν ἐπιτροπεύων vocatur. Haec omnia reputantes dubitare non possumus, quin ἐπιτροπεύειν hoc loco Dioni non sit attribuendum.

quibus pec. publ. curae est

dria fuisse dicitur. Praefectum autem Aegypti eum fuisse nonnulli putant, quibus assentitur Stein apud Pauly-Wissowa *R.E.* 6 p. 2620 n. 193; at praefectus Aegypti Dioni semper est *ἄρχων τῆς Αἰγύπτου* nec causa ulla est, cur a Xiphilino Dionis verba hic mutata putemus[303]. Fuit igitur Titianus procurator ad dioecesin Alexandriae vel procurator ad Mercurium Alexandriae vel alius procurator Alexandriae degens[304]. Theocritum *ἄνω καὶ κάτω τῆς τῶν ἐπιτηδείων καὶ παρασκευῆς καὶ καπηλείας ἕνεκεν* se conferentem (77, 21, 3) etiam cum inferioribus procuratoribus congredi necesse erat; Xiphilinus ex iis Titiani nomen unum servasse videtur propter facete eius dictum: *καὶ τοῦτο ὡς ὀρχηστὴς ἐποίησας* (77, 21, 4).

III. 413. 15 et 19 (78, 11, 3) Macrinus *τῷ Πλαυτιανῷ διὰ φίλου τινὸς γνωρισθεὶς τὸ μὲν πρῶτον τῶν ἐκείνου χρημάτων ἐπετρόπευσεν* (munus est privatum), *ἔπειτα συναπολέσθαι οἱ κινδυνεύσας, . . . πρὸς μὲν τοῦ Σεουήρου τοῖς ὀχήμασι τοῖς κατὰ τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν διαθέουσιν ἐπετάχθη, πρὸς δὲ τοῦ Ἀντωνίνου ὀνόματά τινα ἐπιτροπείας ὀλιγοχρονίου λαβὼν ἔπαρχος ἀπεδείχθη, καὶ διῴκησε τὰ τῆς ἡγεμονίας ταύτης ἄριστα καὶ δικαιότατα, ὅσα γε καὶ αὐτογνωμονήσας ἔπραξεν.* Macrinus praefectura vehiculorum per viam Flaminiam functus, quod munus Dio pluribus verbis significat, *compluribusque brevibus procurationibus nomine tenus exornatus* postremo ad praefecturam praetorii promotus est, cf. *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 433 n. 71. Macrinus igitur cursum equestrem munerum civilium secutus ad summam dignitatem praefecturae praetorii pervenit.

III. 416. 1 (78, 12, 6) . . *τάς τε ἐπιτρο⟨πείας⟩* . . Hic locus nondum totus expletus est.

III. 417. 15 (78, 14, 1) *τὸν Ἄδουεντον ἐν τοῖς διοπταῖς τε καὶ ἐρευνηταῖς μεμισθοφορηκότα* (qui speculator fuerat) *καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τάξιν*

[303]) Apud Magie *l. l.* p. 104—106 neque ex titulis neque ex scriptore aliquo ullus locus commemoratur, ubi praefectus Aegypti *ἐπίτροπος* vocatur. Cantarelli *Memorie della r. Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali* Vol. XII, Serie 5, *La serie dei prefetti di Egitto* I (1906) p. 67 commemorat apud Philonem *in Flacc.* p. 517, 1 *τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς χώρας ἐπίτροπος* (et Latine apud Ammianum Marcellinum 17, 4, 5 *Aegypti procurator* et Suet. *Ner.* 35 *in procuratione Aegypti*). Sed a Philone *praefectus Aegypti* saepius *ἐπίτροπος* appellatus est. Praeter *in Flaccum* 1, 2 hoc vocabulum inveni 6, 43; 8, 152; 19, 163; *leg. ad Gaium* 20, 132. Sed etiam *legatus Syriae* ab eo vocatur *ὁ τῆς Συρίας ἐπίτροπος leg. ad Gaium* 42, 333 atque *legatio Syriae ἐπιτροπή leg. ad Gaium* 32, 231. Ceterum Cantarelli eodem loco non recte dicit praefectum Aegypti apud Dionem etiam *ἔπαρχον* appellari.

[304]) De diversis Aegypti procuratoribus cf. Hirschfeld *Die kais. Verw.-Beamt.* p. 359—368.

(sc. caligam) *λελοιπότα ἔς τε τοὺς γραμματοφόρους τελέσαντα* (centurionem frumentarium factum) *καὶ πρόκριτον ἀποδειχθέντα* (principem peregrinorum designatum) *καὶ μετὰ τοῦτο ἐς ἐπιτρόπευσιν προαχθέντα καὶ βουλευτὴν καὶ συνύπατον καὶ πολίαρχον . . . ἀπέφηνεν.* Interpretationem secutus sum quam praebet Domaszewski *Die Rangordn. d. röm. Heeres* p. 104, sed *ἐς ἐπιτρόπευσιν προαχθέντα* non simpliciter *procuratorem factum* interpretari velim cum Domaszewski, sed potius *ad procuratoriam dignitatem* vel *procuratorium cursum*, ut ita dicam, *promotum*. De cursu vitae Oclatinii Adventi cf. *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 424 n. 9; procurator fuit in Britannia inter annos 205—207.

quibus pec. publ. curae est

III. 437. 13 (78, 30, 2) *Οὐαρίου τε Μαρκέλλου . . . ἔν τε ἐπιτροπείαις* (ita Boissevain, *ἐπιτροπαῖς* Vat.) *ἐξετασθέντος καὶ ἐς τὸ συνέδριον ἐσγραφέντος.* De Sex. Vario Marcello cf. *Pros. Imp. Rom.* 3 p. 386 n. 192, ubi procurationes eius enumerantur.

III. 437. 16 (78, 30, 3) *Γεσσίου τε Μαρκιανοῦ . . . ἐπιτροπείας τινὰς προσταχθέντος.*

III. 448. 24 (78, 39, 5) Macrinus profugus *ἔπεμψε πρός τινα τῶν ἐπιτρόπων ἀργύριον αἰτῶν.*

III. 457. 14 (79, 4, 1) *ὁ Κωμάζων . . . τῶν τε δορυφόρων ἦρξεν, ἐν μηδεμιᾷ τὸ παράπαν ἐπιτροπείᾳ ἢ καὶ προστασίᾳ τινὶ πλὴν τῆς τοῦ στρατοπέδου ἐξετασθείς* (nulla omnino procuratione vel praefectura functus praeter praefecturam castrorum).

III. 471. 19 (79, 18, 2) Xiph. *Δαίμων τις*, qui Alexandrum Macedonem se esse dicebat, profectus ex iis locis, quae ad Istrum sunt, Moesiam[305]) Thraciamque peragravit, more bacchantium cum quadringentis hominibus nullam iniuriam facientibus. *ὡμολόγητο δὲ παρὰ πάντων τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τότε γενομένων ὅτι καὶ καταγωγαὶ καὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτῷ πάντα δημοσίᾳ παρεσκευάσθη· καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησεν οὔτ' ἀντειπεῖν οἱ οὔτ' ἀνταῖραι, οὐκ ἄρχων, οὐ στρατιώτης, οὐκ ἐπίτροπος, οὐχ οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐν πομπῇ τινι μεθ' ἡμέραν ἐκ προρρήσεως ἐκομίσθη μέχρι τοῦ Βυζαντίου.*

Magna cum dubitatione hunc locum interpretari aggredior. Nam adhuc in incerto sum, num verbis vim faciam. *Ἄρχων* esse mihi videtur qui provinciae praesidet sc. legatus Moesiae et Thraciae; *στρατιώτης* praepositus, cuius sub cura vexillatio alicui regioni

[305]) *Μυσίας* Bekkerus recte coniecit pro Xiphilineo *Ἀσίας*; pergit enim *ἐκ τοῦ συμβεβηκότος ἔν τε τῇ Μυσίᾳ τῇ ἄνω καὶ τῇ Θρᾴκῃ.* Insuper ille daemon *ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἴστρον χωρίων* profectus esse dicitur.

quibus pec. publ. curae est

praesidio custodiaeque est[306]); ἐπίτροπος procurator; *οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι*[307]) ei qui iis populis provinciae Thraciae praeerant, quos Plinius *N. H.* 4, 44 enumerat, de quibus conferri potest Marquardt *Röm. Staatsverw.* 1^2 p. 315 et Mommsen *Ephem. Epigr.* II. p. 252[308]). Ceterum hunc ordinem insolitum ita explicare posse mihi videor: quamquam ad Genium illum excipiendum publice magna pecunia expendebatur, tamen non solum legatus provinciae, quippe cum provinciae periculum non immineret, et praepositi vexillationum, cum iniuria nulla fieret, procuratoresque qui fortasse id non sui muneris esse putabant, id fieri siverunt, sed neque qui iis populis praeerant, qui publice magnas impensas faciebant, resistere ei ausi sunt.

2.

De viris equestris ordinis, praesidibus provinciae.

(De procuratoribus, qui cum iure gladii sunt.)

His equitibus provinciae rectoribus, qui inde ab Augusto nec tamen ita multi fuerunt, Latine *praefecti* nomen, mox *procuratoris*, tandem *praesidis* inditum est[309]).

In Maecenatis oratione libri 52 hi praesides non memorantur, sed libro 53 cap. 12—16 agens de administratione provinciarum a. 27 a. C. instituta expressis verbis Dio nominat primum ut par est, praefectum Aegypti, tum duobus locis, II. 423. 25 sq. (53, 13, 7) et II. 424. 11 (53, 14, 4), provincias quasdam equitibus administrandas datos fuisse dicit; atque de iis nonnunquam postea mentionem fecit. Nomen proprium et speciale iis dare Dio evitavit generaliter eos ἱππέας vocare contentus[310]). Ceterum cum militibus imperantes et iure gladii praediti imperium, sibi a principe mandatum, habeant,

---

[306]) Cf. Domaszewski, *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 108: *Die für die verschiedensten Zwecke aus dem Provinzialheere detachierten Abteilungen stehen oft unter dem Kommando eines Centurio legionis als praepositus vexillationis für Wach-, Polizei- und Besatzungsdienst.* Deinde nonnulla exempla laudantur. Centurio a Dione στρατιωτῶν numero habetur. Legio in Thracia collocata non erat.

[307]) ἔθνος Dioni *provincia* et *gens populusve* est (et fortasse *civitas* cf. Marquardt *Staatsverw.* 1^2 p. 268, 8 et 11); qui provinciae praeest, a Dione raro ἡγεῖσθαι dicitur, saepius autem qui genti alicui praeest.

[308]) Ceterum huic vocabulorum interpretationi fundamentum ipsum deest, cum ipsa Dionis verba superesse non constet.

[309]) Cf. O. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-Beamten*, p. 382 sq.

[310]) Bis tantum ἐπίτροποι appellantur II. 423. 25 (53, 13, 7), III. 13. 19 (60, 33, 5) Xiph. cf. p. 125 et 127.

recte omnes *ἄρχειν* a Dione dicuntur et *ἄρχοντες* appellantur; cum tamen voce *ἄρχειν* de provinciarum rectoribus senatorii ordinis Dio uti soleat, sive proconsules sunt sive legati Augusti pro praetore, agens de his praefectis procuratoribusve ita loquitur ut appareat *τὴν ἀρχὴν* equiti datum fuisse. Sed iam singulos locos recensebo: praesides provinciae

II. 423. 1 (53, 13, 2) *κἀκ τούτου πρῶτον μὲν αὐτοὺς τοὺς βουλευτὰς ἑκατέρων τῶν ἐθνῶν, πλὴν Αἰγυπτίων, ἄρχειν κατέδειξεν (ἐκείνοις γὰρ δὴ μόνοις τὸν ὠνομασμένον ἱππέα, δι' ἅπερ εἶπον, προσέταξεν). Τὸν ὠνομασμένον ἱππέα,* ait, *equitem qui appellatur*[311]), quippe qui eadem quidem dignitate atque potestate sit atque proconsules legatique provinciae, praesides senatorii ordinis, nomine autem ab iis differat. Dio qui vocabulum Latinum *praefecti* variis modis Graece designat (cf. supra p. 98 sqq.), postea hunc Aegypti praefectum eiusque munus, rem secutus non nomen, eodem modo significat atque praesides provinciarum senatorii ordinis, cf. supra p. 110 sq.

II. 423. 25 (53, 13, 7) (legatos Aug. provinciae) *τήν τε στρατιωτικὴν σκευὴν φοροῦντας καὶ ξίφος, οἷς γε καὶ στρατιώτας δικαιῶσαι ἔξεστιν, ἔχοντας. ἄλλῳ γὰρ οὐδενὶ οὔτε ἀνθυπάτῳ οὔτε ἀντιστρατήγῳ οὔτε ἐπιτρόπῳ ξιφηφορεῖν δέδοται, ᾧ μὴ καὶ στρατιώτην τινὰ ἀποκτεῖναι ἐξεῖναι νενόμισται· οὐ γὰρ ὅτι τοῖς βουλευταῖς ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν, οἷς τοῦθ' ὑπάρχει, καὶ ἐκεῖνο συγκεχώρηται.*

Legati Aug. provinciae veste militari induti atque gladio accincti fuisse dicuntur; proconsules autem prov. his insignibus carebant (supra vs. 4, cap. 13, 3): *μήτε ξίφος παραζωννυμένους μήτε στρατιωτικῇ ἐσθῆτι χρωμένους*[312]). Dio pergit: nemini enim, cui milites supplicio afficere non licet, sive proconsul, sive legatus, sive procurator est,

---

[311]) Alii vertunt *equitem supra laudatum* velut Sturz: *equestris dignitatis virum supra laudatum*; Earnest Cary (London Heinemann 1917): *to a knight, the one we have already named;* Gros et Boissée (Paris Didot 1865) *au chevalier nommé plus haut.* Id autem non recte. Omitto quod illa interpretatione accepta usus perfecti pro aoristo non facile explicari possit, sed nostro loco de administratione Aegypti sicut a. 27 a. C. instituebatur, non de primo praeside Aegypti agitur; Dio enim de Aegyptiorum administratione non aliter agit ac de ceteris provinciis, quod confirmatur vocibus *ἐκείνοις μόνοις.* Accedit quod sermo Dioneus cum mea interpretatione vocabuli *ὠνομασμένος* congruit, quod Dio cum alias tum maxime usurpare solet, si significationem vocabuli alicuius interpretatione omissa per se intellegi vult, ut disserui in libello meo: *De sermone Dioneo* (cf. adn. 3).

[312]) Tamen non veri simile id ius proconsulibus defuisse provinciarum Illyrici, dum senatus erat, atque Africae usque ad Gaium principem, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3, p. 260, 4 (2^2, p. 249, 3). Dio hoc loco rem narravisse videtur, ut sua aetate erat.

praesides provinciae

gladium gerere licet; at quibus milites supplicio afficere licet, sive senatores sunt, sive equites, iis gladium gerere permissum est[313]. Quod usque ad Dionis tempora non mutatum esse ex ipsis verbis apparet[314].

Restat ut admoneam hoc uno loco praesidi provinciae nomen *ἐπιτρόπου* datum esse, quod nomen a Dione postea seponitur ut ii procuratores qui tantum in re nummaria versantur, designet (cf. supra p. 116 sq). Hoc uno loco id vocabulum Dioni imprudenti excidisse videtur, nam ceteroquin equites qui praesides provinciae sunt (procuratores cum iure gladii) *ἱππέας* appellare Dio satis habet.

II. 424. 11 (53, 14, 4) *αἱρετούς τέ τινες καὶ ἐκεῖσε ἔπεμψαν* (nonnulli principes etiam legatos in senatus provincias miserunt) . . . *καί τινες καὶ ἱππεῦσιν ἀντὶ τῶν βουλευτῶν ἔθνη τινὰ προσέταξαν* i. e. equitibus (praefectis vel procuratoribus) provincias mandaverunt senatorum loco velut Sardiniam, de qua iam mentionem faciam.

II. 512. 10 (55, 28, 1) *καὶ γὰρ λῃσταὶ συχνὰ κατέτρεχον, ὥστε τὴν Σαρδὼ μηδ᾽ ἄρχοντα βουλευτὴν ἔτεσί τισι σχεῖν, ἀλλὰ στρατιώταις τε καὶ στρατιάρχαις ἱππεῦσιν ἐπιτραπῆναι.* Cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 5350 et 1358 *proc(urator) Aug. praef(ectus) provinciae Sardin(iae)* (aetate Domitiani et post Hadrianum). De administratione Sardiniae cf. O. Hirschfeld *Die kais. Verw.-Beamten* p. 373, et de voce *στρατίαρχος* huius operis p. 104 sq.

II. 575. 4 (57, 17, 7) *καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν τε Ῥωμαίων ἐγένετο καὶ ἱππεῖ ἐπετράπη*, cf. Marquardt *Röm. Staatsverw.* 1^2, p. 367[315].

---

313) Mommsen *Staatsr.* 2^3, p. 271, 1 (cf. 2^2, p. 260, 2) *Das ius gladii ist nicht das Recht das Schwert zu führen, welches jedem Offizier zusteht, sondern das Recht von dem Schwert für die Capitaljurisdiction Gebrauch zu machen.* Recte quidem, ut puto, sed hic Dionis locus, quem Mommsen citat, huic sententiae non argumento est. Hoc loco enim de *insignibus* praesidum provinciarum, non de iure gladii, agitur. Etiam apud Herodianum 7, 11, 4 *ξιφηφορεῖν cum gladio esse*, non spectat ad ius gladii. Ita etiam apud Dionem III. 182. 8 (67, 15, 1) Xiph. id verbum interpretari velim.

314) Ceterum mihi non constat ex his verbis conici posse hoc ius atque hoc insigne gradatim etiam proconsulibus provinciae datum esse. Mommsen autem *Staatsr.* 2^3, p. 270, 4 (2^2, p. 259, 3): *Damit stimmt auch Dio überein.* Vix recte. Nam hoc loco de insigni gladii et de iure milites supplicio afficiendi agitur, posteriore autem loco II. 424. 13 (53, 14, 5) de iure privatos supplicio afficiendi, quod ius proconsulibus provinciae attribuitur.

315) *Ὁ τῆς Καππαδοκίας ἄρχων* tum demum, cum a Vespasiano principe haec provincia legato Aug. pr. pr. tradita est, velut III. 206. 19 (68, 19, 1) Exc. Urs. s. de leg. gent. 52; III. 235. 6 (69, 15. 1) Xiph. et Exc. Urs. s. de leg. Rom. 17; III. 265. 13 (71, 23, 3) Xiph.; III. 458. 6 (79. 4, 5).

II. 672. 16 (60, 9, 5) *ὁ Κλαύδιος διχῇ τοὺς Μαύρους τοὺς ὑπηκόους ἔνειμεν, ἔς τε τὰ περὶ Τέγγιν καὶ ἐς τὰ περὶ Καισάρειαν, ἀφ' ὧνπερ καὶ ὀνομάζονται, καὶ δύο ἄρχουσιν ἱππεῦσι*[316]) *προσέταξε.* Cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1352 et 1353 *Procurator pro legato provinc(iae) Mauretaniae Tingitanae* (aetate Traiani et Severi). Fortasse Dio hos procuratores propterea *ἄρχοντας* appellavit, quod Latine *pro legato* dicebantur. De his procuratoribus cf. O. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-B.* p. 390. praesides provinciae

III. 13. 19 (60, 33, 5) Xiph. *ὁ δὲ δὴ Νάρκισσος οὕτως ἐνετρύφα τῷ Κλαυδίῳ ὥστε λέγεται, ἐπειδή ποτε οἱ Βιθυνοί, δικάζοντος τοῦ Κλαυδίου, Ἰουνίου Κίλωνος τοῦ ἄρξαντός σφων πολλὰ κατεβόησαν ὡς οὐ μετρίως δωροδοκήσαντος, καὶ ἤρετο ἐκεῖνος τοὺς παρεστηκότας ὅ τι καὶ λέγουσιν (οὐ γὰρ συνίει διὰ τὸν θόρυβον αὐτῶν), εἶπέ τε ὁ Νάρκισσος ψευσάμενος ὅτι χάριν τῷ Ἰουνίῳ γιγνώσκουσι, πιστεῦσαί τε αὐτῷ καὶ εἰπεῖν „οὐκοῦν ἐπὶ διετὲς ἔτι ἐπιτροπεύσει".*

Ut munus Junii Cilonis indicet, Dio primum voce *ἄρχειν* usus est, post tamen voce *ἐπιτροπεύειν*, qua, ut dixi supra, de procuratoribus, provinciae praesidibus agens, ceteroquin abstinet. Quomodo provincia Bithynia primo saeculo p. C. administrata sit, pro certo non constat; recte tamen putare videtur O. Hirschfeld huic provinciae quae senatui obvenerat, his temporibus nonnunquam procuratores praefuisse, sc. Iunium Cilonem, C. Iulium Aquilam, L. Antonium Nasonem[317]). Ergo Cilonem *ἄρχειν* dici non mirum est. Quod de eodem Cilone vocem *ἐπιτροπεύειν* usurpat Dio, id ita explicare velim, ut sumamus ipsius Claudii verba a Dione laudari[318]); id quod omissa coniunctione *ὅτι* affirmatur. Constat Tiberium, qui linguam Latinam tuebatur, in senatu tamen multas causas Graeca lingua dictas audivisse, multas ipsum interrogasse[319]) et Claudium

[316]) Etiam praefectus vigilum a Dione *ἄρχων ἱππεύς* appellatur, cf. p. 114.

[317]) Cf. O. Hirschfeld *Die kais. Verw.-B.* p. 374 et Klio *Beiträge z. alten Gesch.*, II, p. 304, 3 (1902). Ceterum Dio ipse de senatus provinciis agens huius rei mentionem fecit II. 424. 11 (53, 14, 4) *καί τινες* (nonnulli principes) *καὶ ἱππεῦσιν ἀντὶ τῶν βουλευτῶν ἔθνη τινὰ προσέταξαν.* Sententiam, quam profert Brandis apud Pauly Wissowa *R. E.* III, p. 527 sq., eos procuratores in re nummaria versatos esse, refutavit Hirschfeld *l. l.*; sed adhuc ignoramus, quare haec administratio totiens proconsulibus adempta sit.

[318]) Haud raro alicuius verba *αὐτολεξεί* citat Dio, cf. e. gr. III. 80. 3 (63, 15, 1) Xiph., ubi Vatinii cuiusdam verba laudantur addito *χρήσομαι γὰρ αὐτῷ τῷ λεχθέντι ὑπ' αὐτοῦ ῥήματι.* Fieri potest, ut tale quid nostro quoque loco additum fuerit a Dione, omissum a Xiphilino.

[319]) Cf. II. 572 (57, 15, 1—3) et Suet. *Tib.* 71; II. 572. 20 (57, 15, 3).

praesides provinciae

quoque in senatu legatis perpetua oratione Graeca respondisse[320]); itaque mirari non possumus, si Claudius qui Graeca studia tam diligenter sequebatur, *ἰδίᾳ* ius dicens Bithynis, lingua Graeca usus fuerit[321]).

III. 340. 19 (75, 3, 2) Xiph. *ὁ δὲ Σεουῆρος ἀξίωμα τῇ Νισίβει δοὺς ἱππεῖ ταύτην ἐπέτρεψεν.* Ex iis quae sequuntur veri simile est Xiphilinum haec brevius narravisse et vocem *ταύτην* ad provinciam Mesopotamiam spectare, cf. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-B.* p. 376[322]).

De praesidibus ceterarum provinciarum, quae initio praefectis equestribus mandabantur, apud Dionem quantum superest, tum demum mentio facta est, cum eae provinciae iam legatis Aug. parebant[323]).

3.

De ceteris, qui appellatione procuratoris ornantur.

Procuratoribus ab initio semper cura quaedam pecuniae commissa esse videtur[324]); certe multis muneribus velut *ab epistulis a libellis a cognitionibus* ea appellatio non attribuitur[325]), cf. Hirschfeld, *Die*

[320]) Suet. *Claud.* 42. Sed qui cives Romani erant, eos linguam Latinam intellegere voluit, cf. Dio II. 679. 12 (60, 17, 4).

[321]) An Cilo revera rursus biennium Bithyniae praefuerit dubium; munere iam perfunctus esse videtur, cum Mithridatem Romam perduceret, Tac. *Ann.* 12, 21.

[322]) Nec tamen recte putavit Hirschfeld procuratorem sexagenarium initio provinciae Mesopotamiae praefuisse, cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1388; immo trecenarium huic provinciae praefuisse veri simile est, cf. Domaszewski *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 153.

[323]) Operae pretium est animadvertere Dionem cum provincia aliqua praefectis ordinis equestris mandatur, verbis *προστάττειν ἐπιτρέπειν* uti; ubi legatis Aug. administranda datur, plerumque aliis verbis velut *ἄρχοντα σχεῖν* II. 435. 11 (53, 26, 3) *ἐς τὴν ὑπήκοον ἐσήγαγε, καὶ οὕτω ἡ Γαλατία μετὰ τῆς Λυκαονίας Ῥωμαῖον ἄρχοντα ἔσχε,* III. 208. 14 (68, 20, 3) Exc. Urs. s. de leg. gent. 52 (Armeniam) *Ῥωμαίων τε γὰρ εἶναι καὶ ἄρχοντα Ῥωμαῖον ἕξειν* Traianus dicit.

[324]) Cf. Mommsen *Staatsr.* 3, p. 558: *Die Benennung procurator wird ferner lediglich für die Vertreter des Herrschers im Gebiet des Vermögensrechts gebraucht und zwar für diese ohne Unterschied.*

[325]) Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1448: *procurator ab epistulis et a patrimonio,* eo explicari potest quod duo munera coniuncta sunt; procurator autem ille dicitur propter alterum munus a patrimonio („ab epistulis et procurator a patrimonio" a sermone Latino abhorrere videtur). Id eo confirmatur, quod titulus procuratoris non additus est, cum Titinius Capito iterum atque tertio alterum modo munus ab epistulis gessisse dicitur, cf. Hirschfeld *Die kais. Verw.-B.*, p. 318, 1. *Proc. bybl(iothecae)* Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1358, 1449, 1587 et *Proc. Aug. qui fuit a pinacothecis* Dessau *Ins. Lat. Sel.* 7213, pecuniae administrationi praefuisse videntur; cf. 4928 *proc(urator) rat(ionum) summ(arum) privatarum bibliothecarum*

kais. Verw.-B. p. 411, 4. ceteri procuratores

Contra multa munera minoris momenti quae cum cura quadam pecuniae coniuncta sunt, tam ad rem publicam quam ad domum principis pertinentia, procuraturae appellantur. Talia munera publica, praeter ea de quibus supra actum est, apud Dionem non commemorantur. Restant munera domus principis, quae libertis dabantur. Ea Dio nomine proprio atque speciali non ornavit, sed omnes libertos Augusti, qui ministri principis sunt, sive procuratores sive alio nomine appellabantur, uno vocabulo *Καισαρείους* vocavit.

Καισάρειοι[326]).

Veri simile mihi videtur Dionem aliquo loco, qui non superest, expressis verbis de significatu huius vocabuli *Καισάρειοι*[327]) egisse.

Augusti. In hoc numero habere velim Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1410 *proc. Aug. ab actis urbis* ceterosque titulos. Initio tertii saeculi etiam aliis ministris appellatio *procuratoris* data est, cf. Hirschfeld *Die kais. Verw.-B.* p. 330, 2 et 333, 6; ad hoc tempus pertinent Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1575 *proc. ab ephemeride* et *proc. a mandatis.*

[326]) Liberti Aug. apud Dionem vel *Καισάρειοι* appellantur vel nomine omnium libertorum communi *ἀπελεύθεροι* (*ἐξελεύθεροι*), nonnunquam nomine manumissoris, praesertim *Κλαυδίου* (*αὐτοῦ*), addito. Testante Magie *l. l.* p. 70 apud alios vocari solent *Σεβαστοῦ ἀπελεύθεροι* et *ἀπελεύθεροι Καίσαρος*. Ceterum Dio vocabulo *Καισάρειοι* liberius alia quoque significatione usus est: *Καισάρειοι* appellantur Caesaris milites II. 34. 32 (41, 60, 3) et al.; *οἱ Καισάρειοι στρατιῶται* II. 57. 25 (42, 35, 2); II. 94. 17 (43, 36, 2) et al.; etiam Caesaris Octaviani milites Dioni sunt *Καισάρειοι* II. 293. 5 (49, 3, 5) et al.; et ludo puerorum qui a Caesare se appellabant II. 23. 6 (41, 39, 4) et qui ab Octaviano II. 330. 17 (50, 8, 6). Hirschfeld l. l. *Die kais. Verw.-B.* p. 472, 3 *Dies* (die Freigelassenen innerhalb des Kaiserpalastes) *sind die sogenannten Καισάρειοι oder Καισαριανοί, lateinisch, wohl erst dem griechischen Namen nachgebildet, Caesariani* e. q. s. Hoc non recte; *Καισάρειος* vocabulum more Graeco, *Caesarianus* more Latino formatum est: *Caesarianus* Nepos *Att.* 7; Auct. *B. Afr.* 7, 5; 13, 1; 14, 2 et al.; *B. Al.* 59, 1; *B. Hisp.* 34, 1; Mart. X, 73, 4, *Καισαριανοί* forma Latina Graecis litteris scripta App. *Bell. civ.* 3, 91, 376, *Καισάρειος* Jos. *Bell. Jud.* 1, 402, cf. 407 (1, 21, 1 cf. 4). Quod *libertus Aug.* vocabulo *Καισάρειος* designatur, id apud Dionem primum occurrere videtur; idem iam *Caesarianus* dictus erat a Martiale IX, 79, 8; XI, 5, 14 et *Καισαριανός* ab Epicteto *Diss.* 1, 19, 19; 3, 24, 117; 4, 13, 22.

[327]) *Αὐγούστειοι* a Dione dicuntur *sodales Augustales* II. 624. 22 (59, 7, 4) *οἱ συνιερῆς οἱ Αὐγούστειοι* collegae in sodalitate Augustalium (cf. de iis II. 555. 21 lib. 56, 46, 1 *τότε δὲ ἀθανίσαντες αὐτόν, καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ . . . ἀπέδειξαν* et II. 601. 16 lib. 58, 12, 5 *οἱ τοῦ Αὐγούστου θιασῶται*) atque *Augustiani* a Nerone instituti, qui plausibus personarent (Tac. *Ann.* 14, 15) *ἦν μὲν γάρ τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα ἐς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένον, Αὐγούστειοί τε ὠνομάζοντο καὶ ἐξῆρχον τῶν ἐπαίνων* III. 42. 8 (61, 20, 3) Xiph. Eidem commemorantur III. 42. 12 (61, 20, 4) Xiph.; III. 73. 11 (63, 8, 3) Xiph. et Exc. Val.; III. 82. 3 (63, 18, 3) Xiph.

Καισάρειοι Non modo ei, qui ministri principis sunt, sed omnes liberti principis Dioni *Καισάρειοι* fuisse videntur[328]). Non autem mirum eos, quorum munus commemoratur, ministros esse principis, plerosque aliquod officium in domo principis obire[329]). Ut usus huius vocabuli quam optime exponatur, omnes locos exscripturus sum:

II. 396. 4 (52, 24, 4) de hoc loco egi adn. 328.

II. 544. 20 (56, 32, 1) Xiph. *Πολύβιός τις Καισάρειος*. In titulis: *Polybius Caesaris l(ibertus)*, cf. *Pros. Imp. Rom.* 3 p. 62 n. 426; adde *Polybi divi Augusti liberti* C. I. L. XIV 3539. Hirschfeld, *Die kais. Verw.-B.* p. 319, 3 putat eum fuisse „*Privatsekretär des Kaisers*".

II. 568. 14 (57, 11, 4) Augustus *ἔν τε ταῖς πανηγύρεσι . . . . ἐλθὼν ἂν ἀφ' ἑσπέρας πρός τινα τῶν Καισαρείων τῶν πρὸς τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἐς ἃ συμφοιτῆσαι ἔδει οἰκούντων, ἐνταῦθα τὰς νύκτας ἐνηυλίζετο*, et paulo post *καὶ τούς γε τῶν ἵππων ἀγῶνας ἐξ οἰκίας καὶ αὐτὸς τῶν ἀπελευθέρων τινὸς πολλάκις ἑώρα*. Augustum familiariter cum nonnullis libertis vixisse apparet. Ceterum Dioni *οἱ Καισάρειοι* eidem fuisse videntur atque *οἱ ἀπελεύθεροι* principis.

II. 607. 2 (58, 19, 6) *Οὐιτρασίου Πωλίωνος τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντος τελευτήσαντος Ἰβήρῳ τινὶ Καισαρείῳ χρόνον τινὰ τὸ ἔθνος ἐπέτρεψε.* Dessau *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 143 n. 118 putat eum libertum fuisse Antoniae Drusi; quod temere credere nolim. Si id ita est, omnes liberti totius familiae principis Dioni *Καισάρειοι* sunt.

---

[328]) Praeter III. 415. 15 (78, 12, 6) et III. 422. 4 (78, 18, 2) in censum venit II. 396. 4 (52, 24, 4) *τῶν Καισαρείων τῶν τε ἐν τῇ θεραπείᾳ σου ὄντων καὶ τῶν ἄλλων τῶν λόγου τινὸς ἀξίων.* Dio hoc loco de duobus generibus libertorum agit (non tria genera enumerat, ut est in Sturzii versione Latina): *οἱ Καισάρειοι· οἱ ἐν τῇ θεραπείᾳ σου ὄντες* omnes igitur liberti, qui ex numero ministrorum principis sunt et *οἱ ἄλλοι οἱ λόγου τινὸς ἄξιοι* ii liberti Aug. qui, quamquam non ministri principis, tamen sunt aliquo numero atque honore. Mommsen, alterum genus horum libertorum neglegens, hunc locum laudat *Staatsr.* 2³ p. 1120, 3 (2² p. 1065, 1). Hirschfeld *Die kais. Verw.-B.* p. 460, 1 *ταξιωτῶν* legendum esse putat pro *λόγου τινὸς ἀξίων, inutili coniectura,* ut Boissevain adnotat.

[329]) Semel *Νερώνειοι* occurrit III. 107. 13 (64, 8, 3) Xiph. et Exc. Val. *τό τε τῷ Σπόρῳ συνεῖναι καὶ τὸ τοῖς λοιποῖς τοῖς Νερωνείοις χρῆσθαι* (Othonem) *πάνυ πάντας ἐξεφόβει.* De iis libertis agi mihi videtur, qui Neronem in re publica administranda adiuvabant, cf. Suet. *Otho 7 libertos ad eadem officia revocavit,* Tac. *Hist.* 1, 76 *Crescens Neronis libertus.* Hoc loco Dio eos ideo *Νερωνείους* appellavisse videtur, ut pateret modo de iis libertis agi, quos Otho a Nerone accepisset.

Huc non pertinet III. 73. 13 (63, 8, 4) Xiph. et Exc. Val. *ἦσαν οἷοι Νερώνειοι ἂν στρατιῶται γένοιντο* milites Neronis moribus convenientes, Augustian puta ceterique qui Neronem in Graeciam comitabantur.

II. 675. 25 (60, 14, 1) αἴτιοι δὲ τούτου οἵ τε Καισάρειοι καὶ ἡ Μεσσαλῖνα ἐγένοντο, cf. II. 676. 12 (60, 14, 3) τῷ ἀπελευθέρῳ αὐτοῦ et II. 677 16 (60, 15, 5) ἥ τε Μεσσαλῖνα καὶ ὁ Νάρκισσος, ὅσοι τε συνεξελεύθεροι αὐτοῦ. Καισάρειοι

II. 677. 29 (60, 16, 2) ὑπό τε τῆς Μεσσαλίνης καὶ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Νάρκισσον Καισαρείων, cf. II. 677. 32 (60, 16, 3) τοῦ τε Κλαυδίου καὶ τῶν ἐπάρχων τῶν τε ἐξελευθέρων αὐτοῦ παρόντων.

II. 679. 18 (60, 17, 5) παρὰ τῆς Μεσσαλίνης τῶν τε Καισαρείων, cf. II. 679. 27 (60, 17, 8) ἡ δ᾽ οὖν Μεσσαλῖνα οἵ τε ἀπελεύθεροι αὐτοῦ et III. 1. 13 (60, 29, 3) Xiph. ἐς Πολύβιον τὸν ἀπελεύθερον αὐτοῦ.

III. 5. 15 (60, 31, 2) exc. Val. τέως μὲν γὰρ οἱ Καισάρειοι πάντες ὡμολόγουν αὐτῇ, ... ἐπεὶ δὲ τὸν Πολύβιον ... καὶ διέβαλε καὶ ἀπέκτεινεν Polybius, Claudii libertus, a studiis et a libellis (*Pros. Imp. Rom.* 3 p. 62 n. 427), cf. III. 31. 7 (61, 10, 2) Exc. Val. Seneca οὕτω τὴν Μεσσαλῖναν καὶ τοὺς τοῦ Κλαυδίου ἐξελευθέρους ἐθώπευεν ὥστε ... (Xiph. καὶ τὰς βασιλίδας καὶ τοὺς ἐξελευθέρους) et III. 35. 4 (61, 13, 2) Xiph. Ἀνικήτῳ ἀπελευθέρῳ.

III. 77. 17. (63, 12, 1) Xiph. Nero τοὺς μέντοι ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ πάντας Ἡλίῳ τινὶ Καισαρείῳ ἐκδότους παρέδωκε, cf. III. 78. 5 (63, 12, 2) Xiph. ὁ δὲ τοῦ Κλαυδίου ἀπελεύθερος. Nero Helium rebus urbanis atque Italiae praeposuit, cf. de Helio *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 129 n. 34.

III. 94. 6 (63, 27, 3) Xiph. πρὸς χωρίον τι Φάωνος Καισαρείου, cf. Suet. *Nero* 48 *offerente Phaonte liberto suburbanum suum*[330]).

III. 228. 18 (69, 7, 4) Xiph. οἷα οἵ τε Καισάρειοι καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ τοὺς αὐτοκράτορας ἔχοντες ποιεῖν εἰώθασι.

III. 291. 24 (72, 10, 2) Xiph. καὶ οἱ Καισάρειοι τούτου (Perennis) ἀπαλλαγέντες (ἦν δε αὐτῶν κορυφαῖος ὁ Κλέανδρος), cf. III. 293. 16 (72, 12, 1) Xiph. ὁ δὲ δὴ Κλέανδρος ὁ μετὰ τὸν Περέννιον μέγιστον δυνηθεὶς καὶ ἐπράθη μετὰ τῶν ὁμοδούλων, ... χρόνου δὲ προϊόντος οὕτως ηὐξήθη ὥστε καὶ τοῦ Κομμόδου προκοιτῆσαι e. q. s. Cleander princeps libertorum aulicorum et a cubiculo imperatoris Commodi erat; de eo cf. *Pros. Imp. Rom.* 1 p. 410 n. 883.

III. 312. 3 et 4 et 16 et 19 (73, 8, 1 et 4) Xiph. ἐπεὶ οὖν οὔτε τοῖς στρατιώταις ἁρπάζειν οὔτε τοῖς Καισαρείοις ἀσελγαίνειν ἔτι ἐξῆν, δεινῶς οὗτοι ἐμίσουν αὐτόν (Pertinacem). ἀλλ᾽ οἱ μὲν Καισάρειοι οὐδέν, ἅτε καὶ ἄοπλοι ὄντες, ἐνεωτέρισαν. Post pauca vox Pertinacis

---

[330]) Dubium an vocabulum *Καισάρειος* ab Ioanne Antiocheno non intellectum sit, qui praebet: πρὸς χωρίον τι λεγόμενον Καισαρίου.

Καισάρειοι in senatu „*ἀλλ' αἴτιοι τῆς ἀχρηματίας ταύτης οἱ θαυμαστοὶ Καισάρειοι γεγόνασι*", et mox *οἱ δὲ δὴ στρατιῶται καὶ οἱ Καισάρειοι παρόντες ἐν τῷ συνεδρίῳ (πάμπολλοι δὲ ἦσαν) δεινῶς ἠγανάκτησαν.*

III. 313. 20 (73, 9, 4) Xiph. *οἱ πυλωροὶ οἵ τε ἄλλοι Καισάρειοι.*

III. 361. 6 (76, 6, 1) Xiph. *ψηφιζομένων δέ ἡμῶν ἐπαίνους τινὰς τῷ Εὐόδῳ ὁ Σεουῆρος ἐκώλυσεν εἰπὼν „αἰσχρόν ἐστιν ἐν δόγματι ὑμῶν τοιοῦτό τι περὶ Καισαρείου ἀνδρὸς γεγράφθαι". καὶ οὐ τοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς βασιλικοὺς ἀπελευθέρους οὔθ' ὑβρίζειν οὔθ' ὑπεραυχεῖν εἴα.* Euodus Caracallae *τροφεύς* est, cf. III. 358. 34 (76, 3, 2) Xiph. et III. 373. 6 (77, 1, 2) Xiph. Ceterum vocem *βασιλικούς* (*ἀπελευθέρους*) Dioni abiudicare velim.

III. 365. 11 (76, 10, 5) Xiph. Felix latro centurioni „*ἄγγελλε*" inquit „*τοῖς δεσπόταις σου ὅτι τοὺς δούλους ὑμῶν τρέφετε, ἵνα μὴ ληστεύωσι". πλείστους γὰρ ὅσους τῶν Καισαρείων εἶχε, τοὺς μὲν ὀλιγομίσθους τοὺς δὲ καὶ παντελῶς ἀμίσθους γεγονότας.* Hoc loco iidem *δοῦλοι* atque *Καισάρειοι* appellantur. Tamen ex his verbis colligere nolim Dionem servos quoque in *Καισαρείων* numero habuisse, praesertim cum ipsius Dionis verba non supersint atque ipsa sententia non apte procedit: Felix verbo *τρέφειν* utitur, quod ad servos spectat; Caesariani *ὀλιγόμισθοι* vel *ἄμισθοι* dicuntur, quae voces ad libertos Aug. ministros principis spectant. Itaque propter vocabulum *γάρ* aliquid Xiphilinum omisisse non sine causa putes.

III. 368. 26 (76, 14, 2) Xiph. *οὗτος δὲ* (Castor) *ἀνὴρ ἄριστος τῶν περὶ τὸν Σεουῆρον Καισαρείων ἦν καὶ ἐπεπίστευτο τήν τε γνώμην αὐτοῦ καὶ τὸν κοιτῶνα.* Fuit Severo a memoria et a cubiculo, cf. adn. 345.

III. 376. 16 (77, 3, 3) Xiph. et exc. Val. *τῶν δὲ δὴ Καισαρείων τῶν τε στρατιωτῶν τῶν μετὰ τοῦ Γέτα γενομένων καὶ ἐς δύο μυριάδας παραχρῆμα ἀπέκτεινεν, ἄνδρας ἁπλῶς καὶ γυναῖκας, ὥς πού τις καὶ ἔτυχεν ἐν τῷ βασιλείῳ ὤν.* Si verba Dionis sincera supersunt, vox Caesarianorum etiam mulieres complecti videtur.

III. 399. 23 (77, 21, 2) Exc. Val. *ὅτι Θεόκριτος ὁ Καισάρειος, δι' οὗ ὀρχεῖσθαι ὁ Ἀντωνῖνος μεμάθηκεν,* cf. III. 400. 5 (77, 21, 2) Xiph. *ἦν δὲ ὁ Θεόκριτος ἐκ δούλου γεγονώς.* Postea dux exercitus fuit cf. p. 108.

III. 400. 10 (77, 21, 2) Xiph. *Ἐπάγαθος, Καισάρειος καὶ αὐτὸς ὤν.* De eodem agi videtur III. 448. 1 (78, 39, 1) et III. 474. 23 (80, 2, 4) Xiph.

III. 413. 6 (78, 9, 3) *προσδιεφθάρησαν δὲ οἱ πάνυ ἑταῖροι αὐτοῦ καὶ οἱ Καισάρειοι.*

III. 415. 15 (78, 12, 6) *τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐξελευθέρων, ⟨τῶν τε Κα⟩ισαρείων καὶ ⟨τῶν ἰδιωτ⟩ικῶν, τῶν τε ⟨δούλων⟩* ... Sic Boissevain; si textus recte suppletus est atque kommata recte posita, de duobus generibus libertorum, de libertis Augusti atque de libertis hominum privatorum, agi videtur, cf. locum proximum et adn. 328. *Καισάρειοι*

III. 422. 4 (78, 18, 2) *πολλοὶ γὰρ οὐχ ὅτι δοῦλοί τε καὶ ἐξελεύθεροι καὶ στρατιῶται καὶ Καισάρειοι, ἀλλὰ καὶ ἱππῆς βουλευταί τε καὶ γυναῖκες τῶν ἐπιφανεστάτων συχναί.* Collato loco superiore conicere velim *ἐξελευθέρους* hoc loco libertinos esse, a quolibet manumissos, *Καισαρείους* autem libertos principis.

III. 459. 18 (79, 5, 7)[331]) *Καισαρείων* tantum legitur in loco lacunoso.

III. 466. 9 (79, 14, 2) exc. Val. *οἵ τε ἄλλοι οἱ περὶ αὐτὸν πρῶτοι, καὶ ἱππῆς ⟨καὶ⟩ Καισάρειοι καὶ οἱ ἔπαρχοι αὐτοὶ ἥ τε τήθη καὶ ἡ μήτηρ καὶ αἱ γυναῖκες καὶ προσέτι καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἄλλοι τε καὶ ὁ Λέων ὁ πολίαρχος.* Indicantur ei qui in aula versari solebant.

---

[331]) Xiphilinus p. 344 vs. 22 ed. R. Steph. *Εὐτυχιανὸς δέ τις τῶν Καισαρείων.* Boissevain ad III. 438. 6 (78, 31, 1) *hoc de suo ni fallor* adnotat, sed restat quaestio, unde Xiphilinus *τῶν Καισαρείων* sumpserit.

Caput IV.

Complura munera apud Dionem nomine sollemni carent variis modis ab eo significata.

Qui diligenter Dioni studet, mox videbit eum non multis nominibus sollemnibus uti; idque non mirum. Vitat enim quam maxime omnia nomina quae apud veteres non obvia sunt; atque quia in magno Romanorum imperio, praesertim imperatoria aetate, multo plura munera inveniuntur quam apud veteres Graecos, manifestum est ei saepius nomina idonea non praesto fuisse. Ceterum saepius muneribus quae in Historia enarranda raro occurrunt quaeve non magni momenti putavit, suum nomen dare supervacaneum habuit. Nihilominus mirum Dionem verbosam principatus historiam scribere potuisse praefectis (exceptis praefectis praetorio atque praefectis urbis) procuratoribusque (iis exceptis qui in re nummaria versantur) nomen sollemne non attribuentem; quos si commemorare necesse erat, plerumque compluribus verbis non sollemnibus eos designavit, ut supra apparuit. Sed etiam fit, ut aliquod munus novum accurate designare non magni momenti putans ad id designandum pronomen *τις* alii muneri addiderit, quocum haec potestas nova aliqua ex parte conferri potest; vel ut regionem designaverit, ubi quis munere suo fungebatur. Sed separatim iam agam de his modis muneris designandi.

I.

Munera compluribus verbis non sollemnibus designata[332]).

XXVI (XX) viri.

Hi omnes enumerantur II. 467. 13 sqq. (54, 26, 6 sq.)[333]).

Tresviri Capitales *οἱ τρεῖς οἱ τὰς τοῦ θανάτου δίκας προστεταγμένοι.*

---

[332]) De nominibus praefectorum egi p. 110 sqq.

[333]) Animadvertendum est Dionem hic aliud munus alio verbo non sollemni designavisse, quantum video, elocutionis causa. De his verbis non sollemnibus cf. p. 24 sqq.

Tresviri Monetales sive a. a. a. flando feriundo *οἱ τρεῖς οἱ τὸ τοῦ νομίσματος κόμμα μεταχειριζόμενοι.* compluribus verbis

Quattuorviri viis in urbe purgandis *οἱ τέσσαρες οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι.*

Decemviri stlitibus iudicandis *οἱ δέκα οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι.*

Duoviri viis extra urbem purgandis *οἱ δύο οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι.*

Quattuor praefecti Capuam Cumas *οἱ τέσσαρες οἱ ἐς τὴν Καμπανίαν πεμπόμενοι.*

Decemlegati ad legem provinciae constituendam.

I. 271. 5 Zonaras (lib. 9, 14, 12) *καὶ ἔπεμψαν δέκα ἄνδρας*[334]), *ἵνα μετὰ τοῦ Σκιπίωνος ἅπαντα διοικήσωσι*[335]).

I. 319. 23 Zonaras (lib. 9, 31, 6) *πεμφθέντων δέ οἱ* (Mummio) *τοῦ τε πατρὸς καὶ ἄλλων ἐπὶ καταστάσει τῶν ἁλόντων.*

I. 383. 15 (36, 43, 2) *ὁ δὲ ὅμιλος, καίτοι μικρὸν ἔμπροσθεν τοὺς ἄνδρας τοὺς καταστήσοντας τὰ ἑαλωκότα, ὡς καὶ διαπεπολεμηκὼς ἐξ ὧν σφίσιν ὁ Λούκουλλος ἐπεστάλκει, πέμψας ...* Re vera senatus hos legatos ablegavit; cf. locum sequentem.

I. 385. 22 (36, 46, 1) *ὁ Λούκουλλος ... διαπεπολεμῆσθαί τε πάντα ἔφη ... καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ὑπὸ τῆς βουλῆς πρὸς τὴν διοίκησιν αὐτῶν πεμφθέντας ἤδη παρεῖναι.*

I. 479. 15 (39, 25, 1) *ὁ δῆμος τά τε κατειργασμένα αὐτῷ* (a Caesare) *θαυμάζων ὥστε καὶ ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας ὡς καὶ ἐπὶ δεδουλωμένοις παντελῶς τοῖς Γαλάταις ἀποστεῖλαι ...*[336]).

---

[334]) Officio commemorato Dio numerum hominum addere non solet, nisi eo loco, ubi de aliquo munere primam mentionem fecit. Itaque his verbis sententiam Mommseni *Staatsr.* 2^3 p. 692, 5 (2^2 p. 672, 6) confirmari puto anno 201 a. C. talem legationem primum missam esse (aliter Willems *le Sénat* 2. p. 475, 4). Ceterum id quoque sequitur, ut Cobetus I. 479. 14 *καὶ ⟨ι⟩ ἐκ* speciose quidem, ut Boissevain adnotat, sed non recte legi voluerit.

[335]) I. 318. 16 fragm. 72, 2 Exc. Urs. s. de leg. Rom. *τῶν Ῥωμαίων ... ἄνδρας δὲ στειλάντων* de legatione Romanorum ad Achaeos agitur, cf. B. Niese *Gesch. der Griech. u. Mak. Staaten* 1 p. 343 sq. Itaque non recte Reiskius *ἄνδρας δὲ ⟨δέκα⟩* coniecit. Id eo confirmatur, quod Dio officio non commemorato munus numero collegarum designans articulum addere solet.

[336]) Ex iis, quae Boissevain ad hunc locum adnotat, hic affero: *ceterum errore Dio populum hoc iussisse dicit.* Senatus enim hos legatos misit. Willems *le Sénat* 2 p. 614 adn. in fine putat in genere legatorum Dionem erravisse; aliter Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 692, 8 (2^2 p. 673, 1). Ferrero *Grandezza e Deca-*

compluribus verbis

Huc munera eorum pertinent, qui Latine *a libellis, ab epistulis, ab epistulis Latinis, ab epistulis Graecis, a cognitionibus, a rationibus, ab actis senatus, a memoria et cubiculo*[337]) dicuntur[338]).

A libellis.

III. 5. 6 (60, 30, 6b) Zonaras (lib. 11, 9). *ἦσαν δὲ τρεῖς* (sc. *ἐξελεύθεροι*) *οἳ μάλιστα τὸ κράτος διειληφότες· ὅ τε Κάλλιστος, ὃς ἐπὶ ταῖς βίβλοις τῶν ἀξιώσεων ἐτέτακτο κ. τ. λ.*

III. 24. 12 (61, 5, 4) Xiph. *Δορυφόρῳ τῷ τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ βιβλία διέποντι.*

III. 182. 9 (67, 15, 1) Xiph. *Ἔντελλος ὁ τὰ τῆς ἀρχῆς βίβλια διέπων.*

Ab epistulis.

III. 5. 6 (60, 30, 6b) Zonaras (lib. 11, 9) *καὶ ὁ Νάρκισσος ὃς τῶν ἐπιστολῶν ἐπεστάτει.*

III. 17. 15 (60, 34, 5) Xiph. et Zonaras: Narcissus *οἷα τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν.*

III. 225. 4 (69, 3, 5) Xiph. *τὸν Ἀουίδιον Ἡλιόδωρον, τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διαγαγόντα.* Quod ad *διάγειν* cf. Boissevaini adnotationem et huius operis p. 24 sq.; aoristo, si Dionis verba sincera supersunt, Heliodorum hoc munere iam antea functum fuisse indicatur (cf. III. 288. 12). Dio de eo mentionem fecisse videtur, ut dignitatem hominis qui illuderetur, illustraret[339]).

Ab epistulis Latinis.

III. 254. 14 (71, 12, 3) Exc. Urs. s. de leg. Rom. 58 *Ταρρουτήνιον δὲ Πάτερνον τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς Λατίνας διὰ χειρὸς ἔχοντα.*

III. 288. 12 (72, 7, 4) Exc. Val. 316 *Μανιλίου . . . τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς Λατινὰς διοικήσαντος*[340]).

---

denza di Roma 2 p. 47 sqq. talem legationem hoc tempore non sine causa mitti satis probat. Ceterum ille putat (p. 48, 2) populum senatores misisse ut Caesari gratularentur.

[337]) Maecenas in oratione sua eos omnes postremis exceptis ita complectitur II. 403. 33 sq. (52, 33, 5): *καὶ μέντοι καὶ πρὸς τὰς δίκας τάς τε ἐπιστολὰς καὶ τὰ ψηφίσματα τῶν πόλεων τάς τε τῶν ἰδιωτῶν ἀξιώσεις, καὶ ὅσα ἄλλα τῇ τῆς ἀρχῆς διοικήσει προσήκει, συνεργούς τέ τινας καὶ ὑπηρέτας ἐκ τῶν ἱππέων ἔχε.*

[338]) Animadvertendum est haec quoque munera variis verbis non sollemnibus designata esse.

[339]) Nihilominus ille postea *ἐξ ἐμπειρίας ῥητορικῆς* ad praefecturam Aegypti promotus est III. 264. 8 (71, 22, 2) Xiph.

[340]) Cf. III. 397. 6 (77, 18, 2) Xiph. Caracalla *οὐδὲ ἐπείθετο . . . τῇ μητρὶ . . . καίτοι καὶ τὴν τῶν βιβλίων τῶν τε ἐπιστολῶν ἑκατέρων, πλὴν τῶν πάνυ ἀναγκαίων, διοίκησιν αὐτῇ ἐπιτρέψας.*

A cognitionibus et ab epistulis. compluribus verbis

III. 417. 6 (78, 13, 4) *Μάρκιον Ἀγρίππαν . . . τάς τε διαγνώσεις αὐτοῦ καὶ τὰς ἐπιστολὰς διοικήσαντα.* Utrum haec munera simul an alterum post alterum gesserit, non apparet.

A cognitionibus.

III. 354. 18 (75, 15, 5) Xiph. *ὁ τὰς δίκας τὰς ἐπ' αὐτοῦ λεγομένας διατάττων*. Cf. Stein *Untersuch. z. Gesch. u. Verw. Aegyptens* p. 195,3; aliter Hirschfeld *die kais. Verw.-B.* p. 331,2, qui putat eum ministrum fuisse eius, qui a cognitionibus dicitur[341]).

A rationibus[342]).

III. 5. 7 (60, 30, 6b) Zonaras (lib. 11, 9) *καὶ ὁ Πάλλας, ᾧ ἡ τῶν χρημάτων διοίκησις ἐμπεπίστευτο.* Dio fortasse *ἐπεπίστευτο*, cf. III. 78. 12 (63, 12, 4) Xiph. et III. 368. 26 (76, 14, 2) Xiph.

III. 473. 8 (79, 21, 1) Exc. Val. 414 et Xiph. *Αὐρήλιος Εὔβουλος . . . τοὺς . . . καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένος οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐδήμευσε*[343]).

Ab actis senatus.

III. 427. 4 (78, 22, 2) *Δομίτιός τέ τις Φλῶρος . . . καίτοι πρότερόν ποτε τὰ τῆς βουλῆς ὑπομνήματα διὰ χειρὸς ἔχων.*

A censibus.

III. 407. 2 (78, 4, 3) *ὑπὸ Οὐλπίου Ἰουλιανοῦ τοῦ τότε τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένου*[344]).

A memoria? et (a cubiculo).

III. 368. 26 (76, 24, 2) Xiph. *οὗτος δὲ* (Castor) *ἀνὴρ ἄριστος τῶν περὶ τὸν Σεουῆρον Καισαρείων ἦν, καὶ ἐπεπίστευτο τήν τε γνώμην*[345]) *αὐτοῦ καὶ τὸν κοιτῶνα.*

Ceterum a cubiculo *πρόκοιτος* III. 182. 7 (67, 15, 1) Xiph.; III. 285. 13 (72, 4, 6) Xiph.; III. 294. 14 (72, 12, 5) Exc. Val. et

---

[341]) Fortasse eius ministri fuerunt, qui *οἱ ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως τεταγμένοι* dicuntur III. 363. 9 (76, 8, 2) Xiph.

[342]) Cf. II. 627. 9 (59, 9, 4) Gaius *τούς τε λογισμοὺς τῶν δημοσίων χρημάτων . . . πάντας κατὰ τὸν Αὔγουστον προέγραψε.* Haec ad pecunias aerarii spectare videntur, cf. Suet. *Calig.* 11, 1 *rationes imperii ab Augusto proponi solitas . . . publicavit* et *Aug.* 28, 1 *rationarium imperii.*

[343]) Extra ius Romanum similia verba II. 58. 17 (42, 36, 1) *ὁ γὰρ Ποθεινὸς ὁ τὴν διοίκησιν τῶν τοῦ Πτολεμαίου χρημάτων προστεταγμένος.*

[344]) Quem Maecenas in oratione sua libri 52 *ὑποτιμητήν* appellat, is huic non adaequandus est.

[345]) Boissevain adnotat: *τήν τε μνήμην O. Hirschfeld . . . ut indicetur officium a memoria, cf. Herod.* 4, 8, 4.

compluribus verbis Xiph.; III. 300. 29 (72, 19, 4) Xiph.; III. 441. 9 (78, 32, 4); III. 469. 4 (79, 16, 3) Exc. Val. et Xiph. προκοιτεῖν III. 293. 19 (72, 12, 1) Xiph., cf. II. 456. 24 (54, 15, 8). De cubiculariis mentio fit III. 182. 8 (67, 15, 1) Xiph. ἐν τῇ προκοιτίᾳ ὤν; III. 106. 18 (64, 7, 2) Xiph. τοὺς προκοιτοῦντας.

2.

Nonnulla munera Dio pronomine τις alterius muneris nomini addito designavit.

II. 89. 16 (43, 28, 2) *πολιανόμοι τινές*. De iis egi p. 102 sqq.

II. 109. 23 (44, 6, 4) *καὶ τέλος Δία τε αὐτὸν ἄντικρυς Ἰούλιον προσηγόρευσαν, καὶ ναὸν αὐτῷ τῇ ⟨τ'⟩ Ἐπιεικείᾳ αὐτοῦ τεμενισθῆναι ἔγνωσαν, ἱερέα σφίσι τὸν Ἀντώνιον ὥσπερ τινὰ Διάλιον προχειρισάμενοι.* Hunc novum sacerdotem quodammodo cum *flamine Diali* posse comparari facile intellegitur[346]. A Cicerone Antonius *flamen* dicitur sine ullo additamento *Phil.* 2, 43, 110, *cuius* (Octaviani) *patris flamen*, *Phil.* 13, 21, 47, cf. *cuius* (Caesaris) *flaminium*, *Phil.* 13, 19, 41. Ceterum vocabulo flaminis proprium vocabulum Dioneum non respondet.

II. 191. 4 (46, 29, 5) senatores *τόν τε πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὸν* (Antonium) *καὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ τῷ Καίσαρι, στρατηγοῦ τινα ἀρχὴν δόντες, προσέταξαν.* Verbis *στρατηγοῦ τινα ἀρχήν* magistratus aliquis, qui facile cum praetura conferri poterat, designatur. Octavianus in *privatis cum imperio pro praetore* enumeratur a Mommseno *Staatsr.* 2^3 p. 654, 1 (2^2 p. 635, 1); a Dione ipso *τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ στρατηγοῦ* suscepisse dicitur II. 194. 28 (46, 35, 4). Cicero de hac potestate *Phil.* 5, 16, 45 *Demus igitur imperium Caesari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest. Sit pro praetore eo iure quo qui optimo* et *Phil.* 11, 8, 20 *C. Caesari adolescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. . . . Imperium C. Caesari belli necessitas, fasces senatus dedit.* Ceteroquin Cicero saepius eum *pro praetore* dicit velut *Phil.* 8, 11, 33; 13, 10, 22; 13, 18, 39; 14, 8, 22; ut Augustus ipse quoque in *Mon.*

---

346) Caesare mortuo Antonius, qui nondum inauguratus erat, huic sacerdotio non multum tribuisse videtur; fortasse haec Caesaris divinitas Romae ludibrio erat, cf. Cic. *Phil.* 2, 43, 110 *Et tu in Caesaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? Quem is honorem maiorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar simulacrum fastigium flaminem? Est ergo flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Julio M. Antonius. Quid igitur cessas? Cur non inaugurare?*

Anc. 1, 6 (gr. *ἀντὶ στρατηγοῦ ὄντι*); cf. App. *Bell. civ.* 3, 48, 194 *ἀντιστράτηγος*[347]). Igitur ex Dionis verbis apparet Dionem hoc Octaviani imperium extraordinarium diligenter discrevisse ab illa propraetura ordinaria, quamquam utriusque nomen Latinum idem est[348]). pronomine *τις*

II. 202. 6 (46, 45, 3) Octavianus *ὕπατος καὶ πρὸς τοῦ δήμου ἀπεδείχθη, δύο τινῶν ἀντὶ ὑπάτων πρὸς τὰς ἀρχαιρεσίας αἱρεθέντων, ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν μεσοβασιλέα δι' ὀλίγου οὕτως ἐπ' αὐτὰς κατὰ τὰ πάτρια γενέσθαι, πολλῶν ἀνδρῶν τῶν τὰς εὐπάτριδας ἀρχὰς ἐχόντων ἀποδημούντων.* Dio igitur hos duoviros comitiis habendis quadam ex parte conferri posse putavit cum iis qui pro consule sunt[349]), quippe qui consulum munere fungerentur[350]).

II. 209. 2 (46, 55, 3) Lepidus Antonius Octavianus *τάδε διωμολογήσαντο· κοινῇ μὲν τοὺς τρεῖς πρός τε διοίκησιν καὶ πρὸς κατάστασιν τῶν πραγμάτων ἐπιμελητάς τέ τινας καὶ διορθωτάς, καὶ τοῦτο οὐκ ἐς ἀεὶ δῆθεν ἀλλ' ἐς ἔτη πέντε, αἱρεθῆναι.* Dio ad munus III virum reip. constituendae designandum vocabulis utitur *curatorum* et *correctorum*[351]) *ad res administrandas atque constituendas.* Quia proprio nomine curatores (*ἐπιμεληταί*) non appellabantur, Dio non modo pronomen *τις* sed etiam interpretationis causa vocabulum *διορθωταί* addidit[352]). Postea hi IIIviri Dioni *οἱ τρεῖς ἄνδρες* sunt (cf. adn. 122).

347) Quod ad ceteros locos, ubi de hac Octaviani potestate agitur, cf. Drumann-Groebe I² p. 174, 6 et Diehl *Res gestae Divi Aug.* (*Mon. Ancyr.*) 1, 6.

348) In oratione funebri a Tiberio habita: II. 548. 7 (56, 36, 5) *καὶ στρατηγὸν αὐτὸν εἵλεσθε.* Sed iam vidimus Dionem praesertim in orationibus, elocutionis causa vocabula non sollemnia praetulisse cf. p. 24 sq.

349) *ἀντὶ ὑπάτων* consulum loco ne vertas; non enim consulum loco, sed interregis loco illi duoviri creati sunt.

350) Dio pergit: *τοῦτο γὰρ ⟨τὸ⟩ τῶν δύο ἀνδρῶν διὰ τοῦ στρατηγοῦ τοῦ ἀστυνόμου ψηφισθῆναι μᾶλλον ἢ τὸ τοὺς ὑπάτους δι' αὐτοῦ χειροτονηθῆναι ὑπέμειναν, ὅτι μηδὲν πλέον τῶν ἀρχαιρεσιῶν ποιήσειν ἔμελλον, καὶ κατὰ τοῦτο μηδ' ἀρχήν τινα ἰσχυροτέραν αὐτοῦ ἐσχηκέναι δόξειν.* Non facile sustinuerunt a minore imperio maius imperium, a praetore urbano consules creari; imperium autem horum duovirorum, quibus nihil iuris esset nisi comitiorum consularium habendorum, praetorem superare non videbatur. Ceterum *ἰσχυροτέραν αὐτοῦ* Rubino *Untersuchungen über Röm. Verf. u. Gesch.* 1, 103, *ἰσχυροτέραν αὐτῶν* LM; ⟨*τό*⟩ inseruit Boissevain dubitanter. De hoc magistratu cf. Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 663, 3 (2² p. 644, 2).

351) *διορθωτής* quidem apud Dionem hoc uno loco, saepius *διορθόω.* Quod ad sensum cf. III. 190. 20 (68, 5, 4) Xiph. *πρός τε διόρθωσιν τῶν κοινῶν.*

352) Apud Magie *l. l.* p. 99 cetera nomina enumerantur, quibus IIIviri r. p. c. alibi designantur. Hic sufficiat commemorare, quomodo in *Mon. Anc.* appellentur: gr. 4, 1 *τριῶν ἀνδρῶν ἐγενόμην δημοσίων πραγμάτων κατορθωτὴς* et 1, 12 *ὁ δὲ δῆμος ... ἐμέ ... τὴν τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἔχοντα ἀρχὴν ἐπὶ τῇ καταστάσει τῶν δημοσίων πραγμάτων εἵλατο.* Dio ipse II. 342. 24 (50, 25, 2) *τὸν τὴν προστασίαν*

pronomine *τις* II. 282. 6 (48, 45, 5) *ὁ Μηνᾶς ἐν τῇ Σαρδοῖ καὶ τότε ἔτι καθάπερ τις στρατηγὸς ὢν ὑπωπτεύθη τε ὑπὸ τοῦ Σέξτου.* Menas Sex. Pompei libertus Sardiniam a propraetore desertam occupavit (48, 30, 8); pactione ad Misenum facta Sardinia cum Sicilia atque Achaea Sexto contigerat (48, 36, 5); ex nostro loco apparet Menam a Sexto Sardiniae praepositum esse. Menas igitur libertus Sex. Pompei in Sardinia cui alias praetor propraetorve praeerat, *καθάπερ τις στρατηγὸς* sc. cum potestate quadam erat, quae re, non iure (*καθάπερ*) cum praetura conferri poterat.

II. 486. 20 (55, 8, 6) *οἱ δὲ δὴ στενωποὶ ἐπιμελητῶν τινων ἐκ τοῦ δήμου (ἔτυχον), οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν.* Ut *magistri vici* vel *vicomagistri* designentur, Dioni nomen idoneum a veteribus usurpatum praesto non fuit. Quod putavit eos quodammodo *ἐπιμελητάς* (curatores) dici posse, id non mirum, cf. II. 630. 21 (59, 12, 3) *τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Φλαουίου . . . ἀγορανομοῦντός τε τότε καὶ τῆς τῶν στενωπῶν καθαριότητος ἐπιμελουμένου*, et II. 467. 16 (54, 26, 6) *οἵ τε τέσσαρες οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι* (IIIIviri viarum curandarum)[353]).

II. 490. 17 (55, 10, 6) *ἐπὶ μὲν τούτοις τὸ μέγαρον ἐκεῖνο* (aedem Martis Ultoris) *ὁ Αὔγουστος ἐθείωσε, καίτοι τῷ τε Γαΐῳ καὶ τῷ Λουκίῳ πάντα καθάπαξ τὰ τοιαῦτα ἱεροῦν ἐπιτρέψας ὑπατικῇ τινι ἀρχῇ κατὰ τὸ πάλαιον χρωμένοις.* Gaius et Lucius secundum veterem consuetudinem *ὑπατικῇ τινι ἀρχῇ χρώμενοι duoviri aedibus dedicandis* fuisse videntur. Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 622 sq. (2² p. 605) putat hunc duoviratum iure potestatem quandam consularem appellari[354]).

. . . *τῶν κοινῶν ἐπιτραπέντα.* Ceterum *κατορθωτής* praeter hunc locum tantum apud glossatores; sed etiam *διορθωτής* non nisi apud posteriores velut Plut. *Sol.* 16 *τῆς πολιτείας διορθωτής.*

[353]) Dio addidit: *οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν*, more suo, cum primum de hoc munere mentionem fecit, nomen Latinum *magister vici* etiam per translationem in Graecum convertens cf. p. 16, et id quidem, ut videtur, similitudinem nominis *magistri equitum* secutus (*magister* equitum *ἵππαρχος, magister* vici *στενώπαρχος*). Apud veteres vocabulum *στενώπαρχος* non invenitur, *στενωπός* autem saepius. Dio pergit: *καί σφισι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ῥαβδούχοις δύο, ἐν αὐτοῖς τοῖς χωρίοις ὧν ἂν ἄρχωσιν, ἡμέραις τισὶ χρῆσθαι ἐδόθη.* Vocabulo *ἄρχειν*, quod iis, quippe qui magistratus non sint, non competit (cf. p. 47 sqq.), Dio hic usus esse videtur, ut nomen *στενώπαρχος* illustretur (*ἐν αὐτοῖς τοῖς χωρίοις ὧν ἂν ἄρχωσιν*). De iis cf. Mommsen *Staatsr.* 1³ p. 328, 5 et 341, 4; 2³ p. 1036 (1² p. 314 et 326, 7).

[354]) Antea duoviri aedi dedicandae in singulas dedicationes creabantur; Gaio et Lucio *καθάπαξ* (in omnes dedicationes) id munus mandatum esse dicitur. Non intellego, cur Mommsen *Staatsr.* 2³ p 621, 1 (2² p. 603, 4) putare videatur

II. 684. 28 (60, 23, 4) Claudius p. C. 44 *τὴν πανήγυριν τὴν τῶν νικητηρίων ἐποίησεν, ὑπάτου τινὰ ἐξουσίαν ἐς αὐτὴν λαβών*. Claudius, p C. 43 consul III et in annum 47 consul designatus, anno p. C. 44 *potestatem quandam consularem ad ludos triumphales edendos* (*ἐς αὐτήν*) accepisse videtur. Ius ludorum extraordinariorum edendorum ad imperium consulare pertinebat, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 137, 4; 872 et 951, 2 (2^2 p. 129, 4; 836 et 910. 5). Quo imperio cum Claudius anno 44 careret, ei potestas quaedam consularis data est. Ex eo quod pronomine *τις* Dio hic usus est, colligere velim Claudio non potestatem consularem integram datam fuisse, sed minuto iure ad ludos tantum triumphales edendos.

Nonnunquam vocabulum *τις* ad vocabulum *ἀρχή* additum est:

I. 48. 7 Zonaras (7, 15, 2) plebeii *ἐπ' ἐνιαυτὸν τοὺς προστάτας ὡς ἀρχήν τινα ἀπεδείκνυσαν.* Tribuni pl. non inde ab initio a Dione veri magistratus existimabantur, ut diserte dicitur vs. 13: *τὸ μὲν γὰρ τῶν ἀρχόντων ὄνομα οὐκ ἔσχον εὐθύς.*

I. 384. 23 (36, 44, 5) Senatus *εὐθὺς αὐτὸν ἐς Ἰβηρίαν, πρόφασιν ὡς καὶ ἐπ' ἀρχήν τινα, ἔπεμψε.* Cn. Piso extra ordinem *quaestor pro pr(aetore) ex s. c.* in Hispaniam missus est, ut adnotat Boissevain. Dio hoc munus diligentius designare operae pretium non duxisse videtur[355]).

3.

Regione modo, ubi quis munere fungitur, designatur munus.

De usu praepositionis ἐν, ubi iungitur cum vocibus ἀρχή ἄρχειν ἡγεμονία ἡγεμονεύειν[356]).

Hae voces si cum genitivo iunguntur, de eo agitur qui alicui regioni praeest velut de praeside provinciae, sin autem praepositio *ἐν* cum iis iuncta est, regio tantum designatur, ubi quis magistratum

---

Augustum ipsum quoque aedi Martis Ultoris dedicandae IIvirum fuisse; a Dione id non dicitur et Augusto consulatu fungenti eo duoviratu opus non erat, cf. *Staatsr.* 2^3 p. 620, 2 (2^2 p. 602, 5).

[355]) Manifestum est Dionem eodem pronomine usum esse, ubi singulos magistratus enumerare necessarium non putabat velut I. 101. 11 Zonaras (lib. 7, 26, 14); II. 101. 17 (43, 47, 3); II. 102. 12 (43, 48, 2) *πᾶσι τοῖς παρὰ δικτάτορος ἀρχήν τινα λαβοῦσι*; II. 394. 7 (52, 21, 8); II. 467. 11 (54, 26, 5) *ἑτέραν τινὰ ἀρχήν*, et saepe.

[356]) Huc non pertinet II. 668. 19 (60, 5, 8) *τούς τε γαμβροὺς τότε τε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι . . . ἐκέλευσεν.*

praepositione ἐν aliquem vel imperium aliquod exercet[357]); itaque omnino non significatur, quali munere quis fungatur. Dio praepositionem ἐν cum alias usurpavit, tum maxime, ut par est, ubi ea regio, in qua quis cum imperio est, nondum iusta provincia Imperii Romani erat; deinde si praeter praesidem provinciae etiam plures designantur qui munere aliquo in ea regione funguntur; postremo si quis aucta potestate provinciae praeest[358]).

Manifestum autem est praepositionem ἐν necessariam esse, si quis magistratus *in urbe Roma* vel domi munere suo fungi dicitur[359]):

I. 533. 29 (40, 56, 1) *τοὺς ἄρξαντας ἐν τῇ πόλει.*

II. 224. 18 (47, 19, 4) *τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν τῇ πόλει.*

II. 395. 5 (52, 22, 6) *ὑπὸ τῶν ἐν τῷ ἄστει ἀρχόντων.*

II. 424. 4 (53, 14, 2) *τὸ ἐν τῇ πόλει ἄρξαι.*

Sed iam ad ceteros locos transeamus eo ordine, quo apud Dionem eos adnotavi:

I. 279. 10 Zonaras (lib. 9, 16, 5) *Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τῷ Φλαμινίῳ τὴν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἡγεμονίαν καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ψηφισάμενοι ἔτος . . .* T. Quinctio Flaminino (de quo agitur), consuli anno 198 a. C., Macedonia provincia evenerat. Flamininus igitur non provinciae alicui praefectus, sed cum imperio in Macedoniam et Graeciam missus erat. Quod imperium in posterum annum prorogatum esse hoc loco dicitur.

I. 472. 13 (39, 9, 3) Cicero *ἔπεισέ σφας ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου τὸν Πομπήιον προχειρίσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀρχὴν αὐτῷ ἀνθυπάτου καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἔξω ἐπὶ πέντε ἔτη δοῦναι.* Pompeius non Italiae, sed rei frumentariae praefectus est, quam ob rem imperium proconsulare et in Italia et extra Italiam accepit.

---

357) Dessau *Ins. Lat. Sel.* 986 Ti. Plautius Silvanus Aelianus dicitur *legatus legionis V in Germania, legatus et comes Claudii Caesaris in Brittannia,* sed *legatus pro praetore Moesiae,* cf. etiam n. 916. Apud nos quoque „Gouverneur *van* Celebes, het gezag *over* Java" siquis insulae ipsi praefectus est; „een commando *in* Indië", „een ambt *op* Java", si quis ibi munere aliquo fungitur.

358) van Domaszewski *Rhein. Mus.* 1890 p. 4: *Ebensowenig sind die über das Maß des gewöhnlichen proprätorischen Imperiums hinausgehenden Befugnisse, welche Corbulo als Statthalter von Cappadocien, Avidius Cassius als Statthalter von Syrien erhielten, in ihrem Amtstitel zum Ausdruck gekommen,* cf. Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 853; sed vide etiam adn. 373.

359) Ex re ipsa sequitur, ut praefectus urbis *τῆς πόλεως ἄρχειν* dici possit; re vera praefectura urbis semel *ἡ τῆς πόλεως ἀρχή* appellatur III. 418. 8 (78, 14, 4). Quod ipse *πολίαρχος* dicitur, fortasse huc quoque pertinet. Dio etiam genitivo casu usus est, ut illustraret, quomodo Caesar anno 59 a. C. consulatu suo fungeretur I. 434. 11 (38, 8, 2) *αὐτὸς ὁ Καῖσαρ . . . διέταττε πάντα καθάπαξ τἀν τῇ πόλει, ὡς καὶ μόνος αὐτῆς ἄρχων.*

I. 527. 21 (40, 44, 2) *ὅ τε Πομπήιος ἔν τε δυνάμει αὖθις, ἅτε τρίτον ὑπατευκὼς καὶ τὴν ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἀρχὴν ἐπὶ πέντε ἄλλα ἔτη δοθῆναί οἱ διαπεπραγμένος, ἐγένετο.* Illae duae provinciae Romanae (*αἱ Ἰβηρίαι*) non totam paeninsulam (*τὴν Ἰβηρίαν*) complectebantur. Quadamtenus conferri potest II. 131. 14 (44, 41, 1): Caesar *στρατηγήσας*[360]) (sc. propraetor Hispaniae ulterioris) *ἐν Ἰβηρίᾳ, καὶ ὕπουλον αὐτὴν εὑρών* et II. 167. 32 (45, 40, 3) in Ciceronis oratione: Antonius *τῷ Καίσαρι ταμιεύων στρατηγοῦντι ἐν Ἰβηρίᾳ.* Manifestum est hic praepositionem eo usurpatam esse, quod non tota paeninsula *ἡ Ἰβηρία*, sed altera provinciarum Hispaniae Caesaris erat: I. 423. 4 (37, 52, 1) *ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ τῆς τε Λυσιτανίας μετὰ τὴν στρατηγίαν ἦρξε*[361]). Itaque nostro quoque loco usus praepositionis eo defendi potest, quod etiam Pompeius non toti paeninsulae praeerat. Sed quia Pompeius contra morem legemque ipse Romae manens provincias suas legatis suis administrandas mandabat, potius credam Dionem vocibus *ἡ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἀρχή* ideo usum esse, quod id imperium extraordinarium atque inusitatum more solito non recte exprimi iudicaret. praepositione *ἐν*

II. 11. 29 (41, 18, 1) Caesar *τὴν Σαρδὼ τήν τε Σικελίαν ἀμαχεὶ κατέσχεν, ἐκχωρησάντων τῶν τότε ἐν αὐταῖς ἀρχόντων.* Caes. *bell. civ.* 1, 30 *Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato; . . .* (M. Cotta) *ex Sardinia in Africam profugit . . .* (Cato) *ex provincia fugit.* Vocabula autem *οἱ ἐν αὐταῖς ἄρχοντες* non tantum ad proconsules spectant, sed omnes qui *ἄρχειν* dicuntur, igitur quaestores quoque complectuntur[362]).

II. 50. 12 (42, 20, 4) *τάς τε ἡγεμονίας τὰς ἐν τῷ ὑπηκόῳ τοῖς μὲν ὑπάτοις αὐτοὶ δῆθεν ἐκλήρωσαν, τοῖς δὲ δὴ στρατηγοῖς τὸν Καίσαρα ἀκληρωτὶ δοῦναι ἐψηφίσαντο.* Vocibus *ἐν τῷ ὑπηκόῳ*, quae oppositae sunt vocibus *ἐν τῇ πόλει*, locus significatur, ubi haec imperia exercentur; haec imperia *αἱ ἔξω ἡγεμονίαι* cf. p. 68, saepius *ἡγεμονίαι ἐθνῶν* dicuntur cf. p. 66 sqq.

---

[360]) *Στρατηγός* Dioni et *praetor propraetorve* est et *dux* „veldheer" (*dux* „aanvoerder" potius *ἡγεμών* est), cf. III. 4. 5 (60, 30, 4) Xiph. *Γναῖος δὲ Δομίτιος Κορβούλων ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν* in Germania summam belli obtinens. *Στρατηγεῖν* cum genitivo iungitur, ut par est, III. 44. 3 (62, 2, 2) Xiph. *ἡ . . . τοῦ πολέμου παντὸς στρατηγήσασα, Βουδουῖκα ἦν.*

[361]) Vix opus est admonere Dionem, ut haud raro, rem non diligenter narravisse. Provincia Lusitania nondum constituta erat, et Caesar Hispaniae ulteriori praeerat. Ceterum neque Appianus *Hispan.* 102 recte: Caesar *αἱρεθεὶς Ἰβηρίας στρατηγεῖν.*

[362]) Cf. *ταμιεύειν ἐν τοῖς ἔθνεσιν* II. 437. 7 (53, 28, 4).

praepositione ἐν II. 69. 32 (42, 57, 1) *τοῦ τε Οὐάρου τῷ [τε] Σκιπίωνι τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητήσαντος, ἐπειδὴ αὐτὸς* (Varus) *ἐκ πλείονος ἐν τοῖς ταύτῃ χωρίοις ἦρχε.* In provincia Africa Varo nihil negotii erat; nam ex fuga eo pervenerat atque eam provinciam vacuam occupaverat[363]); Tuberonem autem, qui Africam sorte obtinere debebat, navem egredi prohibet (cf. Caes. *bell. civ.* 1, 30, 2; 31, 2); cum autem post pugnam Pharsalicam complures duces Pompeiani, inter quos Scipio, in Africam evasissent, Varus adversus Scipionem summum imperium sibi vindicavit, quod diutius *in iis regionibus cum imperio adesset.*

II. 127. 13 (44, 36, 2) Antonius post Caesaris mortem in contione dicit: *ἐπειδὴ δὲ οὗτος τὴν μεγίστην ἐν ὑμῖν ἡγεμονίαν ἔχων ἀπόλωλε.* Dictatura hoc loco summum imperium (*ἡ μεγίστη ἡγεμονία*) dicitur, quo quis apud Romanos sive in republica Romana (*ἐν ὑμῖν*) fungi potest[364]).

II. 191. 6 (46, 29, 6) *Λούκιόν τε Μουνάτιον Πλάγκον ἐν μέρει τῆς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Γαλατίας ἄρχοντα*[365]). Parum constat, qualis administratio Galliae anno 44 a. C. fuerit. Zumpt *Stud. Rom.* p. 91: (Galliam) *Narbonensem cum citeriore Hispania coniunctam M. Aemilio Lepido mandavit, sed reliquam Transalpinam ... in duas partes disiunxit, quarum unam A. Hirtius absens per legatos rexit, alteram L. Munatius Plancus ipse administravit. ... una illa pars, quam A. Hirtius habuerat, postquam hic consulatum iniit, ad L. Munatium Plancum videtur pervenisse.* Neque aliter Drumann-Groebe 3^2 p. 68 et 617; O. Hirschfeld *Klio* 8 p. 464 et alii. Ita quidem voces *ἐν μέρει* facile interpretari possum, sed sic rem se habere non puto. Ruete enim *Die Correspondenz Cicero's in den Jahren 44 und 43* (diss. Strassburg 1883) p. 31 rem acu tetigisse mihi videtur: Hirtium, anno 46 a. C. praetorem, postero anno toti Galliae praefuisse, inde proficiscentem (iam enim Idibus Martiis anni 44 Romae adfuisse, cf. Nic. Dam. *vit. Caes.* 27) Aurelium quendam Galliae praeposuisse;

---

363) Ceterum cum Considio, pro praetore provinciae Africae anno 50/49 a. C., qui ibi cum imperio remanserat, imperium Africae divisisse videtur, cf. Pallu de Lessert *Fastes des Prov. Afric.* 1 p. 38—44.

364) *ὑμῶν* ,,over u" minus blande sonat quam *ἐν ὑμῖν* ,,onder u".

365) *ἐν μέρει* (voce *τινί* addita) etiam II. 37. 3 (41, 63, 1) *Ταρκονδιμότου τε ἐν μέρει μέν τινι τῆς Κιλικίας δυναστεύοντος.* Sed hic res aliter se habet. Scriptores enim veteres, quos Dio secutus, *δυναστεύειν ἐν* dicere solebant, quam ob rem recte Reiskius I. 120. 1 (fragm. 40, 8) Exc. Val. 24 *ὑπ᾿ Ἀγαθοκλέους τοῦ ἐν Σικελίᾳ δυναστεύοντος* scripsit pro codicis *τῶν ἐν Σικελίᾳ δυναστεύοντος.*

hunc enim Caesare interfecto Galliae praefuisse, Cic. *ad Att.* 14, 9, 3. praepositione ἐν Aurelio succedentes Lepidum Galliae Narbonensi (cum Hispania citeriore), Plancum ceterae Galliae praefuisse videri[366]. Sic fere Ruete, cui assensus est von der Mühl apud Pauly-Wissowa *R. E.* 8 p. 1957 s. v. *Hirtius*[366]. Vulgo opinati sunt Caesarem iam Galliam a se expugnatam in plures provincias divisisse (cf. Marquardt *Röm. Staatsverw.* I² p. 263; Drumann-Groebe 3² p. 617) sed nusquam traditur neque Ruetei sententia accepta causa est, cur id credamus. Sic manifestum est, cur legiones in Belgica collocatae[367], quae provincia Hirtii fuisse vulgo putatur, bello civili non commemorentur. Sed huic Galliae nondum divisae iustum nomen provinciae adhuc defuisse videtur. Dio utique ad designationem geographicam parum accuratam *μέρος τῆς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Γαλατίας*[368] confugit. Usum praepositionis hoc loco potissimum eo interpretari velim, quod haec Gallia ipsa omnino nondum ex iure provincia constituta esset[369], quam ob rem Plancus, legionibus in Gallia Comata collocatis praefectus, potius imperium in hac regione habuisse dicitur, quam imperium huius provinciae.

II. 250. 4 (48, 4, 3) *τοῦ γοῦν Λουκίου (Ἀντωνίου) αὐτοῦ σπουδάζοντος ἐπινίκιά τινων ἐν ταῖς Ἄλπεσιν οἰκούντων, ὥς καὶ νικήσαντός σφας, πέμψαι, ... (οὔτε γὰρ ἔπραξέ τι νικητηρίων ἄξιον, οὐθ' ὅλως ἡγεμονίαν ἐν τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἔσχε) κ. τ. λ.* Non tantum eae regiones ad Imperium Romanum nondum pertinebant, sed insuper Antonius omnino nullum imperium in iis regionibus habuerat.

---

366) Cf. Hieron. *chron.* a. Abr. 1992 *Munatius Plancus ... qui cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit.* Neque repugnare mihi videtur Nic. Dam. *vita Caes.* 28: *τοὺς δὲ Κομάτους Λεύκιος Πλάγκος ὑφ' αὐτῷ ἐπεποίητο.*

367) De legionibus, quae bello civili in Gallia collocatae erant, cf. v. Domaszewski *Die Heere der Bürgerkriege in den Jahren 49 bis 42 vor Christus* (*Neue Heidelberger Jahrbücher* IV p. 176—182).

368) *Gallia omnis,* quibus verbis Caesaris commentarii *de bello Gallico* parum diligenter incohant, apud ceteros scriptores inde a Catullo saepius *Gallia Comata* dicitur. Postquam in tres provincias divisa est, nomina singularum provinciarum occurrunt, vel ubi de omnibus simul agitur, tres Galliae dicuntur vel Belgica et duae Galliae. Ad tempus per Claudium principem nomen Galliae Comatae rursus ex oblivione prolatum est, cf. p. 120. Apud Dionem praeter II. 209. 15 (46, 55, 5), ubi id nomen commemoravit atque interpretatus est, non invenitur; ab Appiano de consulto vitatur. De Gallia Comata cf. Mommsen *Ges. Schriften* 8 p. 542, von Gardthausen *Aug. u. seine Zeit* 2, 2 p. 356, 24.

369) II. 432. 2 (53, 22, 5) *καὶ τὰ τούτων* (Gallorum) *ἀκατάστατα ἔτι, ἅτε τῶν ἐμφυλίων πολέμων εὐθὺς ἐπὶ τῇ ἁλώσει σφῶν ἐπιγενομένων, ἦν.*

praepositione ἐν

II. 317. 16 (49, 36, 4) *μετὰ γάρ τοι τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν.* De imperio legionis III atque Numidiae agitur, ut demonstravi p. 158 sq.

II. 394. 7 (52, 21, 8) Maecenas Augusto suadet: *οἱ δὲ δὴ στρατηγήσαντες* (viri praetorii) *ἀρχέτωσάν τινα ἀρχὴν ἐν τοῖς ὑπηκόοις* et II. 395. 18 (52, 23, 3) *οὔτε γὰρ διαφέρει τι ἄν τε ἐν τῷ αὐτῷ ἔθνει ἄν τε καὶ ἐν πλείοσιν ἐφεξῆς ἐπὶ μακρότερον τοῦ δέοντος ἄρχωσι.* Priore loco Maecenas suadet, ut viri consulares provinciis praesint, *viri praetorii* autem sub praesidum imperio „apud subditos“ sive in provincia aliquo munere fungantur, sc. ut praesides in provincia administranda adiuvent[370]); altero loco *ἄρχειν ἐν ἔθνει* dicitur, cum de utroque genere magistratuum agatur. Ceterum neque Augustus neque ceteri principes hoc Maecenatis consilium secuti sunt, sed etiam viros praetorios provinciis praefecerunt. De hoc loco cf. adn. 196.

II. 512. 12 (55, 28, 2) *καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγαι ἐνεωτέριζον, ὥστε καὶ ἐπὶ δύο ἔτη τοὺς αὐτοὺς ἐν τοῖς τοῦ δήμου ἔθνεσιν, καὶ αἱρετούς γε ἀντὶ τῶν κληρωτῶν, ἄρξαι.* Haec vocabula omnes qui *ἄρχειν* dicuntur, ergo etiam quaestores atque legatos pro praetore complectuntur. Ceterum manifestum est hoc loco imprimis de praesidibus provinciarum cogitari.

II. 637. 31 (59, 18, 4) *Καλουίσιος δὲ δὴ Σαβῖνος . . . καὶ τότε ἐκ τῆς ἐν τῇ Παννονίᾳ ἀρχῆς ἀφιγμένος.* C. Calvisius Sabinus (*Pros. Imp. Rom.* 1, p. 294 n. 289) consul a. 26 p. C. postea Pannoniae praefuit. Imprimis tenendum est Dionem qui ipse Historiis suis prope confectis Delmatiae Pannoniaeque praefuit, harum provinciarum statum bene cognosse neque facile hoc loco errorem committere potuisse. Marquardt *Röm. Staatsverw.* 1² p. 292 Borghesium (*Oeuvres* IV p. 458) secutus putat Pannoniam a. 10 p. C. iustam provinciam factam esse[371]). Quod si ita esset, ad usum praepositionis *ἐν* interpretandum nil restaret nisi ut putaremus Calvisium aucta potestate Pannoniae praefuisse. Potius tamen crediderim Pannoniam hoc anno, 39 p. C., nondum omni ex parte iustam provinciam putari potuisse, sed quadamtenus cum Delmatia coniunctam fuisse. Augustus de provincia

[370]) Genitivus *τῶν ὑπηκόων* invenitur, ubi de ipsis modo praesidibus agatur II. 147. 32 (45, 9, 2) *τοὺς μὲν τότε τῶν συμμάχων καὶ τῶν ὑπηκόων ἄρχοντας*, vel de principe II. 665. 6 (60, 2, 5) Claudius *καίπερ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἁπάντων καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν κρατῶν.*

[371]) Ritterling *Die Statthalter der Pann. Prov.* (*Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterr.-Ungarn*, Wien 1897) p. 6 Lepidum iam anno 8 p. C. in legatis Pannoniae numerat.

Pannonia (aliter atque de Germania, vide adn. 377) nondum mentionem praepositione ἐν fecit in *Mon. Anc.* 5, 47 cap. 30: *Pannoniorum gentes . . . devictas . . . imperio populi Romani subieci protulique fines Illyrici ad ripam fluminis Danui.* Hoc quidem anno circa 5 a. C. scriptum esse existimatur (cf. Kornemann *Mausoleum u. Tatenbericht des Augustus* p. 73), verba tamen haec postea non mutata argumento sunt provinciam Pannoniam ab Augusto nondum constitutam fuisse. Saeculo I p. C. superiori provinciae Illyrico (Dessau *Ins. Lat. Sel.* 938) plerumque Delmatia, novae provinciae Pannonia nomen fuit, sed utrique provinciae nonnunquam nomen Illyrici datum est[372]), cf. Mommsen *C. I. L.* III. p. 279, ubi legimus: *in titulo Casinate* (Dessau *Ins. Lat. Sel.* 972) *C. Ummidius Quadratus dicitur legatus divi Claudii in Illyrico, non Illyrici, quoniam non toti praefuit, sed aut superiori aut inferiori*[373]), et mox *in diplomate Neronis a. 60* (Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1987) *cohortes quaedam dicuntur esse in Illyrico sub L. Salvidieno Salviano Rufo, quas meruisse non in Dalmatia, sed in Pannonia declarant diplomata alia duo.* Equidem ex titulis laudatis atque nostro Dionis loco id quoque colligere velim provinciam Illyricum ex iure nondum divisam esse. Quod alio titulo confirmatur (Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1033), in

[372]) In vectigalium administratione provincia Illyricum non divisa est; itaque vetus nomen Illyrici ibi servatum esse non mirum, cf. Marquardt *Röm. Staatsverw.* I² p. 296, 1. Etiam geographice nomen Illyrici mansit: Tac. *hist.* 1, 76 *ex Illyrico nuntius iurasse Delmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones*, Suet. *Tib.* 16, 2 *toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam interque Danuvium flumen et sinum Hadriatici patet.* Cf. *Illyricus exercitus* Tac. *hist.* 2, 85, *Illyrici exercitus* Tac. *ann.* 3, 7; *hist.* 2, 60 et 86, *Illyricae legiones* Tac. *ann.* 16, 13, *Illyrici legiones* Tac. *hist.* 2, 74, *vixdum ingressus Illyricum Tiberius* Tac. *ann.* 1, 5, cf. *ann.* 1, 46; 2, 44; *hist.* 1, 2 et 9, Suet. *Tib.* 21, 1 et alibi. Ceterum nonnulli loci eo quoque explicari possunt, quod Illyricum provincia ex iure nondum divisa erat.

[373]) In eodem titulo Ummidius dicitur *legatus prov. Lusit.*, sed etiam *legatus in Syria;* itaque inter utramque legationem discrimen quoddam interesse non sine causa conicias. Ex eo, quod Ummidius rebus Armeniacis se immiscuit (Tac. *ann.* 12, 45 et 48) atque legatos mitteret ad Vologaesem (*ann.* 13, 9) colligere velim potestatem eius aliquatenus Syriae fines egressam esse sicut postea Vitellii atque Corbulonis, incertus utrum modo ante Corbulonis adventum hac potestate uteretur, an etiam postea, ut Corbuloni aemulus esset. Cum ceterorum legatorum aucta potestas in titulis non appareat, Ummidius noster, vel potius qui hunc lapidem posuit, homo accuratissimus fuisse videtur. Quam ob rem usui praepositionis in hoc titulo multum tribuendum est atque putandum, nisi forte credas Ummidium *aucta potestate* utrique Illyrico praefuisse, divisionem huius provinciae Illyrici ex iure nondum peractam esse; nam si utrumque Illyricum simul administravisset, utriusque Illyrici legatus appellatus esset. Pannoniam rexisse mihi videtur.

praepositione ἐν quo L. Neratius Priscus, auctor iuris, *leg. pro pr. in prov. Pannonia* dicitur, fortasse a. 98. p. C. Hunc titulum, a scribis quaestoriis viro iuris consulto positum, verba minus recta, praeterea inusitata habere reiciendum est; immo si alicubi, tum hic iusta verba exspectes[374]). Itaque non sine causa conicias hunc statum ambiguum Pannoniae[375]) usque ad Traiani imperium durasse et Pannoniam tunc demum omni ex parte a Delmatia separatam esse, cum provinciae Pannonia superior atque inferior constitutae sunt, antea autem ex iure imperium legionum Pannonicarum fuisse, fortasse cum pluribus iuribus civilibus, quae semper augebantur, coniunctum[376]). Cf. imperium legionis III. Aug. in Numidia collocatae, p. 158 sqq.

---

[374]) Filius hunc titulum non recte secutus esse videtur, qui (Dessau *Ins. Lat. Sel.* 1034) patris legationem commemorans praepositionem *in* omisisse videtur; utique de se ipse, quamquam iustae provinciae Pannonia superior atque inferior interim constitutae erant, ablativo usus est (sine praepositione) genitivi loco: *leg. Aug. pr. pr. P[annonia] inferiore et Pannonia [superiore].*

[375]) In titulis sane de provincia Pannonia mentio fit: *legatus pro praetore provinciae Pannoniae* Dessau *Ins. Lat. Sel.* 989 (quamquam in eodem titulo *legatus pro praetore exercitus Africae* is dicitur, qui Numidiae praeest) et 1005 et 1021 a. Quamquam ratio aliqua excogitari potest ad hunc usum explicandum, tamen patet argumentationem de statu Pannoniae multo infirmiorem esse quam de statu Numidiae. Quod ad n. 985 *[leg. Au]g. pro pr. Pann[oni]arum,* hic titulus nondum recte suppletus esse mihi videtur, praesertim cum forma pluralis offendat; quamquam *Pann[oniae copi]arum* non placet, tamen tale quid exspecto atque argumentationem de statu Pannoniae hoc titulo posse firmari suspicor.

[376]) Dio fines Illyrici ad Danuvium prolatos esse narrat anno 34 a. C. II. 290. 5 *Ind.* libri 49 *ὡς Καῖσαρ Παννονίους κατεστρέψατο* — quos Indices magni momenti esse postea probare mihi in animo est — et II. 319. 9 (49, 38, 4), cf. II. 342. 5 (50, 24, 4), II. 345. 13 (50, 28, 4), II. 417. 26 (53, 7. 1) et App. *Ill.* 28. (Aliter Mommsen *Res gestae*[2] p. 129; Zippel, *Die Röm. Herrschaft in Ill.* p. 297 sqq. Vide infra). Inde ab hoc anno nominibus *Δελματία Δελματαί Παννονία Παννόνιοι* utitur atque nomen Illyrici tamquam ambiguum vitare videtur. Antea autem *τὸ Ἰλλυρικόν* occurrit I. 434. 21 (38, 8, 5) et *οἱ Ἰλλυριοί* I. 457. 11 (38, 38, 2), in quorum numero Delmatae quoque habendi sunt, cf. I. 304. 5 Zonaras (lib. 9, 25, 9) *ἐπὶ Δελμάτας . . . τὸ δ' ἔθνος τοῦτο ἔστι μὲν Ἰλλυριῶν τῶν παρὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον,* praeterea *Ἰλλυριοὶ οἱ Παρθινοί* II. 29. 3 (41, 49, 2) et II. 279. 4 (48, 41, 7) cf. II. 44. 24 (42, 10, 1); et *Ἰλλυριοὶ οἱ πλησιόχωροι* (sc. Macedoniae) II. 226. 1 (47, 21, 6).

Ante prolatos fines Illyrici *Δελματία* occurrit II. 23. 12 (41, 40, 1) *Πούπλιον Κορνήλιον Δολοβέλλαν τά τε τοῦ Καίσαρος πράττοντα καὶ ἐν τῇ Δελματίᾳ ὄντα,* sed hic vocabulum geographice usurpatum est (Dolabella in parte septentrionali, duces Pompeiani in meridiana parte Illyrici morabantur), praeterea II. 269. 2 (48, 28, 4), ubi Dio provincias inter IIIviros divisas paucis complexus nominibus *sua aetate* facile intellectis (*Ἰβηρία Γαλατία τἆλλα τὰ ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον*) etiam nomine *Δελματία* usus est, etiam ut par est, II. 317. 7 et 17 (49, 36, 2 et 4), ubi situm geographicum ante ipsum bellum anni 35 a. C. lectoribus suae aetatis describit.

praepositione ἐν

II. 652. 16 (59, 27, 2) Exc. Val. et Xiph. *ὁ δ' οὖν Οὐιτέλλιος ὁ Λούκιος . . . ἐκ τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ἀρχῆς ὀνομαστὸς γενόμενος.* Saepius *ἡ ἀρχὴ τῆς Συρίας* II. 229. 26 (47, 26, 6); II. 231. 14 (47, 28, 5); II. 307. 6 (49, 22, 3). L. Vitellii potestas Syriae fines egrediebatur, cf. Tac. *ann.* 6, 32 *et cunctis quae apud Orientem parabantur, L. Vitellium praefecit;* is in munere suo Parthos Armenia abscedere coegit, Tiridatem in regnum Parthiae induxit aliaque extra provinciam Syriam fecit; cf. *Pros. Imp. Rom.* 3 p. 451 n. 500. Itaque Dio praepositione *ἐν* ideo usus esse videtur, quod Vitellius aucta potestate Syriae praefuit, atque imperium eius non acriter definiri poterat.

II. 685. 19 (60, 24, 3) *τοῖς μὲν οὖν ταμίαις τὴν διοίκησιν ἀντὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔξω τῆς πόλεως ἀντέδωκε.*

III. 176. 9 (67, 11, 1) Xiph. *Ἀντώνιος δέ τις ἐν Γερμανίᾳ ἄρχων κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τῷ Δομιτιανῷ ἐπανέστη.* Ita Xiphilinus; Exc. Val. 282: *τὸν Ἀντώνιον τὸν ἀποστάτην.* L. Antonius Saturninus legatus Germaniae sup. fuit, *Pros. Imp. Rom.* 1, p. 104 n. 694. De Germaniae statu dubitatur; Gsell *Essai sur le règne de l'empereur Domitien* Paris 1894 p. 139 probavisse putatur Germanias Domitiani temporibus demum rite provincias appellari posse. Nec tamen haec causa esse potest, cur Dio Saturninum *ἄρχειν ἐν Γερμανίᾳ* dixerit, nam iam ante Domitianum legati Germaniae semper *τῆς Γερμανίας*

Post prolatos fines Illyrici II. 513. 11 (55, 29, 1) duplici nomine utitur, ubi Valerius Messalinus *ὁ τότε καὶ τῆς Δελματίας καὶ τῆς Παννονίας ἄρχων* dicitur, sed II. 328. 28 (50, 6, 4), ubi res gestas anni 32 a. C. describens omnes provincias breviter complectitur *(ἡ Γαλατία τὸ Ἰβηρικόν οἱ Λίβυες), τὸ Ἰλλυρικόν* praetulit, quod nomen secundum usum publicum Delmatiam una cum Pannonia designat. II. 422. 3 et 16 (53, 12, 4 et 7), ubi Dio provincias inter principem senatumque divisas nominibus sua aetate usurpatis enumeravit, nomina *Δελματικόν* atque *Δελματία* commemorat, de Pannonia silet, cum tamen nomina provinciarum postea demum separatim constitutarum commemoraverit velut duas Germanias Epirum Syriam Coelen et Syriam Phoenicen, cf. ipsius verba 422. 18 (53, 12, 8) *ταῦτα δὲ οὕτω κατέλεξα, ὅτι νῦν χωρὶς ἕκαστον αὐτῶν ἡγεμονεύεται, ἐπεὶ τό γε ἀρχαῖον καὶ ἐπὶ πόλυ καὶ σύνδυο καὶ σύντρια τὰ ἔθνη ἅμα ἤρχετο.* Neque II. 473 30 (54, 34, 4) apparet de subactione Pannoniorum iam mentionem factam esse: *ἡ Δελματία τῇ τοῦ Αὐγούστου φρουρᾷ, ὡς καὶ ὅπλων τινῶν ἀεὶ καὶ δι' ἑαυτὴν καὶ διὰ τὴν τῶν Παννονίων γειτονίαν δεομένη, παρεδόθη.* Dio igitur, meliore fonte nisus, ut puto, his locis oblitus est Pannonios subactos esse se iam anno 34 a. C. narravisse. II. 508 (55, 23) legiones, quas inde ab Augusti temporibus supererant ceterasque quas principes posteriores conscripserant enumerans Dio, quanam in provincia unaquaque collocata esset, indicavit. Inter quas provincias Delmatia, quae eius aetate legionibus carebat, ut par est, non comparet, comparet utraque Pannonia.

praepositione ἐν ἄρχειν dicuntur[377]) velut Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus II. 642. 20 (59, 22, 5), L. Verginius Rufus III. 87. 5 (63, 24, 1) Xiph.; A. Vitellius III. 103. 6 (64, 4, 2) Xiph. et alii. Quam ob rem adducor, ut credam haec Xiphilini verba nostro loco non ad verbum ex Dione sumpta esse, praesertim cum excerpta Valesiana verbis Xiphilini omnino non faveant.

---

[377]) De statu Germaniarum cf. Hirschfeld *Commentationes Philologae in honorem Mommseni* p. 433—447. Augustus unam provinciam Germaniam constituisse veri simile est, quae tantum inde ab anno 12 a. C. usque ad a. 9 p. C. exstitit, cf. Mommsen *Röm. Gesch.* 5 p. 107. Augustus ipse (*Mon. Anc.* 5, 11 cap. 26) *Gallias et Hispanias provi⟨n⟩cias et Germaniam qua includit Oceanus a Gadibus ad ostium Albis fluminis pacavi.* Wilcken (*Herm.* 38 p. 624 sq.) probavit quidem verba *et Germaniam* sqq. non inde ab initio in textu fuisse, neque tamen ea iam ante cladem Varianam huc inserta negat, cf. E. Kornemann *Mausoleum und Tatenbericht des Aug.* p. 102. Itaque status Germaniae non facile separari potest ab Hispaniis Galliisque, praesertim si Kornemann (*Klio* II 1902 p. 154) recte suspicatus est vocem *provi⟨n⟩cias* a Tiberio demum additam esse, ut status Germaniae a Galliis Hispaniisque discerneretur. Quod Augustus de statu Germaniae aliter iudicavit atque de Pannonia, id confirmatur verbis de utraque scriptis: *Germaniam pacavi* (cap. 26) et *Pannoniorum gentes . . . devictas . . . imperio populi Romani subieci protulique fines Illyrici ad ripam fluminis Danui.* Non mirum aequales Tiberii verum statum quadamtenus velare praetulisse (parta amittere minus blande sonat quam non parta non adipisci), atque posteriores, quod eventu docti veri similius putabant, elegisse, cf. Velleius 2, 97 *ut in formam paene stipendiariae redigeret provinciae.* Tamen Florus 2, 30 (4, 12, 22 et 26) (*Germania*) *magis turpiter amissa est quam gloriose adquisita,* et pergit *Drusus . . . in tutelam provinciae praesidia atque custodias ubique disponit per Mosam flumen, per Albin, per Visurgin.* Tacitus (*ann.* 1, 57) *anno quo Germaniae descivere;* quod ad alios locos cf. Marquardt *Röm. Staatsverw.* 1² p. 272, 4. Sic etiam apud Dionem inde ab initio legati τῆς Γερμανίας (nunquam ἐν Γερμανίᾳ) ἄρχειν dicuntur: G. Sentius Saturninus a. 6 p. C. (τοῦ τῆς Γερμανίας ἄρχοντος II. 513. 3 lib. 55,28,6); Quinctilius Varus (τὴν ἡγεμονίαν τῆς Γερμανίας λαβών II. 531. 25 lib. 56, 18, 3). Denique Dio τὸν Γερμανικὸν τῆς τότε Γερμανίας ἄρχοντα dicit II. 561. 25 (57, 31, 1), eam Germaniam designans, qualis fuit post cladem Varianam, antequam Tiberius a. 16 p. C. Germania Transrhenana dimissa Germanicum revocavit atque nomine retento provinciam dimisit. Germaniae igitur reliquiae provinciae deperditae sunt vel potius memoriam provinciae dimissae prodiderunt, cf. Mommsen *Röm. Gesch.* 5 p. 108, 1. Imperium legionum Germanicarum tunc vel antea (vide infra) duobus ducibus mandata est (eatenus modo iis assentiri velim, qui Germanias a Tiberio rite provincias constitutas esse putant, cf. Marquardt *Röm. Staatsverw.* 1² p. 271, 6), administratio civilis regionum, in quibus hae legiones collocatae erant, quatenus cum Belgica provincia coniuncta fuerit, in dubio manet. Primo saeculo p. C. in titulis imperium exercitus potius quam imperium provinciae commemoratur, cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 979. 997, 5957.

Quod ad vocabula *Γερμανία Γερμανοί,* Dioni geographice vel ethnologice *Germania transrhenana* est *Κελτική* (Corbulo Rhenum transgressus ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν dicitur III. 4. 5 lib. 60, 30, 4 Xiph.), *Germani Κελτοί* (bis modo *Γερμανοί,* ubi vox Latina interpretationis causa citatur, II. 422. 9 lib. 53, 12, 6

III. 272. 1 (71, 31, 1) Xiph. Dio exitu Avidii Cassii narrato ita pergit: ἐνομοθετήθη δὲ τότε μηδένα ἐν τῷ ἔθνει ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἔστιν ἄρχειν, ὅτι ὁ Κάσσιος ἐν τῇ Συρίᾳ τὴν πατρίδα αὐτοῦ ἐχούσῃ ἡγεμονεύων ἐνεόχμησε. Locutione ἐν τῷ ἔθνει ἄρχειν omnes denotat ad quorum munus designandum voce ἄρχειν utitur; verbis ἐν τῇ Συρίᾳ ἡγεμονεύων, quae verba ipsa nil differunt a vocibus ἐν τῇ Συρίᾳ ἄρχων, Dio ideo de Cassii dignitate usus esse videtur, quod is non solum legatus provinciae Syriae erat, sed etiam imperium maius per totum Orientem habebat (*Pros. Imp. Rom.* 1, p. 186 n. 1165). praepositione ἐν

III. 309. 1 (73, 2, 5) Exc. Val. 328 (p. 729) ὥστε . . . πολλοὺς τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἀρχόντων τοὺς ἀγγείλαντάς σφισιν αὐτὰ καταδῆσαι sc. eos, qui nuntiarunt Commodum necatum Pertinacemque principem factum esse. Haec verba non solum eos qui provinciis praesunt, sed omnes complectuntur, qui in provinciis ἄρχειν dicuntur, cf. supra ad II. 11. 29; II. 512. 12; III. 272. 1.

III. 327. 4 (74, 3, 2) Xiph. Inter omina, quibus Septimio Severo imperium praedicebatur, Dio refert καὶ ἐν Λουγδούνῳ ἄρχοντι πᾶσα αὐτῷ ἡ τῶν Ῥωμαίων δύναμις προσῆλθέ τε καὶ ἠσπάσατο, ὄναρ φημί. Septimius Severus legatus pro praetore provinciae Lugdunen-

---

et III. 255. 4 lib. 71, 3, 5 Xiph.), at *Germania provincia* Γερμανία. De nomine ipso Γερμανία Dio egit II. 422. 11 (53, 12, 6), ubi provincias inter principem senatumque divisas nominibus sua aetate usurpatis designavit (cf. adn. 376) atque a Germanis Belgarum advenis provincias Germanicas nomina accepisse dicit. Deinde Γερμανία occurrit II. 461. 1 (54, 20, 5) anno 16 a. C. ὁ δὲ δὴ μέγιστος τῶν τότε συμβάντων τοῖς Ῥωμαίοις πολέμων . . . πρὸς τοὺς Κελτοὺς ἐγένετο. Σύγαμβροί τε γὰρ καὶ Οὐσιπέται καὶ Τέγκτηροι . . . τὸν Ῥῆνον διαβάντες τήν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν ἐλεηλάτησαν . . . τῷ τε Λολλίῳ ἄρχοντι αὐτῆς ἐνέτυχον. Numerus singularis pronominis αὐτῆς intellegi non potest. Lollius toti Galliae nondum in plures provincias divisae praefuisse videtur sicut Agrippa anno 19 a. C. ταῖς Γαλατίαις προσετάχθη II. 453. 4 (54, 11, 1) Narbonensi adiecta. Quia accedit, quod provincia Germania nondum constituta erat, τήν τε Γερμανίαν Dionem postea inseruisse puto, ut regio vastata diligentius designaretur. II. 465. 27 (54, 25, 1) anno 14 a. C. ὁ δ' Αὔγουστος ἐπειδὴ πάντα τά τε ἐν ταῖς Γαλατίαις καὶ ἐν ταῖς Γερμανίαις ταῖς τ' Ἰβηρίαις . . . διῳκήσατο, τὸν μὲν Δροῦσον ἐν τῇ Γερμανίᾳ κατέλιπεν. Ex plurali numero id colligere velim Augustum Dione auctore ad bellum Germanicum parandum tunc duo imperia militaria constituisse atque Druso summum imperium mandasse simul cum provincia Gallia, cf. adn. 255. Germaniae plurali numero etiam occurrunt Varo mortuo II. 535. 20 (56, 23, 1) ἐπὶ τῷ περί τε τῶν Γερμανιῶν καὶ περὶ τῶν Γαλατιῶν δέει. Germanico revocato provincia ipsa dimissa est, sed imperia legionum Germanicarum duobus legatis mandata manebant. Dio memoriam provinciae dimissae retinens illum et illum τῆς Γερμανίας ἄρχειν dicit, atque etiam plerumque commemorare omittit, utrum de Germania inferiore an superiore agatur velut II. 642. 20 (59, 22, 5).

praepositione ἐν

sis erat, sed quod ad verba ἐν Λουγδούνῳ, ea non cum ἄρχοντι verum potius cum προσῆλθέ τε καὶ ἠσπάσατο coniungenda sunt. Ceterum vix dubium, quin Dionea verba Xiphilinus excerpendo commutaverit.

III. 474. 5 (80, 1, 2) Xiph. κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν ἠπείχθην. Eadem verba II. 317. 16 (49, 36, 4); de imperio legionis III atque Numidiae agitur, ut demonstraturus sum p. 158 sqq.

Appendices.

I.

De decenniis quinquenniisque imperii Augusti.

Saepius Dio rem initio recte narratam procedente narratione non acriter distinxit ab innovationibus temporum posteriorum. Exempli causa locos de decenniis quinquenniisque imperii Augusti exscribam.

II. 421. 22 (53, 12, 1) Octavianus anno 27 a. C. *τὴν μὲν οὖν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ παρὰ τῆς γερουσίας τοῦ τε δήμου ἐβεβαιώσατο, βουληθεὶς δὲ δὴ καὶ ὣς δημοτικός τις εἶναι δόξαι, τὴν μὲν φροντίδα τήν τε προστασίαν τῶν κοινῶν πᾶσαν ὡς καὶ ἐπιμελείας τινὸς δεομένων ὑπεδέξατο, οὔτε δὲ πάντων αὐτὸς τῶν ἐθνῶν ἄρξειν, οὔθ' ὅσων ἂν ἄρξῃ, διὰ παντὸς τοῦτο ποιήσειν ἔφη, ἀλλὰ τὰ μὲν ἀσθενέστερα ὡς καὶ εἰρηναῖα καὶ ἀπόλεμα ἀπέδωκε ⟨τῇ βουλῇ⟩, κ. τ. λ.* Itaque Octavianus imperium sibi confirmasse, et omnem quidem curam principatumque rei publicae neque tamen administrationem omnium provinciarum neque earum quas recturus erat, in perpetuum suscepisse dicitur. Igitur sola administratio provinciarum, a cetero principatu separata, ad tempus ab Octaviano suscepta esse dicitur. Neque aliter

II. 422. 27 (53, 13, 1) *τὰ μὲν οὖν ἔθνη οὕτω διῃρέθη, βουληθεὶς δὲ δὴ καὶ ὣς ὁ Καῖσαρ πόρρω σφᾶς ἀπαγαγεῖν τοῦ τι μοναρχικὸν φρονεῖν δοκεῖν, ἐς δέκα ἔτη τὴν ἀρχὴν τῶν δοθέντων οἱ* (sc. *ἐθνῶν* provinciarum) *ὑπέστη· τοσούτῳ τε γὰρ χρόνῳ καταστήσειν αὐτὰ ὑπέσχετο.* In decennium igitur Octavianus eam provinciarum administrationem suscepisse dicitur[378]).

Sed mox iam minus perspicuum est hoc decennium tantum ad provinciarum administrationem spectare. Dio enim hac administratione

---

[378]) Sic Mommsen quoque veterem sententiam mutans iudicat imperium proconsulare, quod Augusto in perpetuum dabatur, ab imperio provinciarum discernendum esse, *Staatsr.* 2^3 p. 794, 1 et 1088, 2, cf. 2^2 p. 769, 4.

summatim exposita ita pergit II. 425. 26 sq. (53, 16, 1 sq.) *ταῦτα μὲν οὕτω τότε ὥς γε εἰπεῖν διετάχθη· τῷ γὰρ ἔργῳ καὶ πάντων καὶ διὰ παντὸς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ, ἅτε καὶ τῶν χρημάτων κυριεύων . . . καὶ τῶν στρατιωτῶν κρατῶν, αὐταρχήσειν ἔμελλε. τῆς γοῦν δεκαετίας ἐξελθούσης ἄλλα ἔτη πέντε, εἶτα πέντε, καὶ μετὰ τοῦτο δέκα καὶ ἕτερα αὖθις δέκα πεμπτάκις ἃ* (corrupta, cf. adn. Boissevaini) *αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε τῇ τῶν δεκετηρίδων διαδοχῇ διὰ βίου αὐτὸν μοναρχῆσαι.* Deinde haec decennia ad ipsum principatum refert: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, καίτοι μηκέτ' ἐς τακτὸν χρόνον ἀλλ' ἐς πάντα καθάπαξ τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ τῶν δέκα ἀεὶ ἐτῶν ἑώρτασαν ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις τότε ἀνανεούμενοι· καὶ τοῦτο καὶ νῦν γίγνεται.* Quae ipsius aetate fiebant, Dio non iam acriter discrevisse videtur ab iis, quae principatu ineunte constituta sunt. In hac indiligentia perseveravit II. 454. 7 et 12 (54, 12, 3—5) *ὁ γὰρ Αὔγουστος, ὡς τά τε κοινὰ θεραπείας ἀκριβοῦς ἐδεῖτο . . . πρῶτον μὲν αὐτός πέντε τῆς προστασίας* (principatus) *ἔτη, ἐπειδήπερ ὁ δεκέτης χρόνος ἐξήκων ἦν, προσέθετο . . . ὕστερον γὰρ οὐ πολλῷ καὶ τὰ ἄλλα πέντε τῆς αὐτοκράτορος ἡγεμονίας* (imperatorii imperii) *προσέλαβεν, ὥστε αὐτα δέκα αὖθις γενέσθαι.* Deinde *ἡ ἡγεμονία* Augusti renovata esse narratur II. 483. 29 (55, 6, 1) *τήν τε ἡγεμονίαν, καίπερ ἀφιείς, ὡς ἔλεγεν, ἐπειδὴ τὰ δέκα ἔτη τὰ δεύτερα ἐξεληλύθει, ἄκων δῆθεν αὖθις ὑπέστη*, II. 497. 7 (55, 12, 3) Xiph. *πληρωθείσης δέ οἱ καὶ τῆς τρίτης δεκαετίας τὴν ἡγεμονίαν καὶ τότε τὸ τέταρτον, ἐκβιασθεὶς δῆθεν, ὑπεδέξατο*, cf. II. 611. 5 (58, 24, 1); item *ἡ προστασία* II. 540. 1 (56, 28, 1) *τήν τε προστασίαν τῶν κοινῶν τὴν δεκέτιν τὴν πέμπτην ἄκων δὴ ὁ Αὔγουστος ἔλαβε.* Memoria pristini status servata esse mihi videtur II. 586. 6 (57, 24, 1) Xiph. *διελθόντων δὲ τῶν δέκα ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ψηφίσματος μὲν ἐς τὴν ἀνάληψιν αὐτῆς οὐδενὸς ἐδεήθη (οὐδὲ γὰρ ἐδεῖτο κατατέμνων αὐτήν, ὥσπερ ὁ Αὔγουστος, ἄρχειν), ἡ μέντοι πανήγυρις ἡ δεκαετηρὶς ἐποιήθη.* Hic *κατατέμνειν* referre velim ad eam imperii principis divisionem, qua provinciae in decennia quinqenniaque mandabantur. Itaque iam inde a Tiberio provinciarum quoque potestas principi statim in perpetuum decreta est, sed quia decimo quoque anno dies imperii sollemniter agebatur, Dio ea decennia imperii confudit cum iis decenniis, quibus Augusto provinciae mandabantur[379]).

[379]) Octavianus exemplum, a Caesare Pompeio Crasso IIIviris datum, secutus est, qui ipsi quoque per quinquennia vel decennia provincias rexerunt. Ceterum Mommsen de Dionis narratione melius quam digna est iudicare mihi videtur

II.
De Agrippae dignitate.

Agrippa potestatem quandam Orientis provinciarum accepit, quae aliquatenus cum Germanici potestate conferri posse videtur, de qua ita Tacitus, *ann.* 2, 43: *decreto patrum provinciae permissae, quae mari dividuntur maiusque imperium, quoquo adisset, quam his, qui sorte aut missu principis obtinuerunt* (sed cf. adn. 386). At Agrippae potestas superior fuisse videtur Germanici potestate, si quidem ex Dionis vocabulo *ὑποστρατήγους* sequitur, ut non legati Augusti, sed legati Agrippae in provincias missi sint[380]). Quocum congruit usus vocabulorum in decretis, quae Josephus offert *ant. Jud.* 16, 6, 2—7 ed. Niese 162—173. In Fastis nomina legatorum Augusti atque proconsulum provinciarum Orientis his annis non inveniuntur. Nam quamquam mirum est, Agrippa in senatus quoque provincias legatos suos misisse videtur, cf. Waddington *Fastes des provinces Asiatiques* p. 88—92 et adnotationem meam 381. Itaque Josephi verba *ant. Jud.* 15, 10, 2 ed. Niese 350 *πέμπεται δ' Ἀγρίππας τῶν πέραν Ἰονίου διάδοχος Καίσαρι* ita intellegere velim, ut ius legatos mittendi in Orientis provincias ad Agrippam translata sit. Sed Augusti potestas in Oriente non quievisse videtur. Ipse ea aetate Orientem adiit nonnullaque ordinavit[381]); ceterum Agrippae extra Orientis provincias multa mandavit[382]), cf. *Pros.*

Staatsr. 2³ p. 794, 1 (*Dio*) *der an die Uebernahme der kaiserlichen Provinzen die προστασία τῶν κοινῶν und die αὐτοκράτωρ ἡγεμονία anknüpft, faktisch mit Recht, nicht aber im staatsrechtlichen Sinn.* Potius crediderim Dionem imprudentem diversas res confudisse, cf. imprimis II. 426. 3 (53, 16, 3), ubi de principibus posterioribus dicit: *καίτοι μηκέτ' ἐς τακτὸν χρόνον ἀλλ' ἐς πάντα καθάπαξ τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι κ. τ. λ.* (totus locus supra citatus est).

380) II. 439. 27 (53, 32, 1) *ἐκεῖσε μὲν τοὺς ὑποστρατήγους ἔπεμψεν*, cf. p. 86. De legatis Agrippae cf. Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 1156, 5 (2² p. 1099, 1). Iam Pompeius quoque, proconsul Hispaniarum, provincias suas legatis suis administrandas mandavit, cf. I. 535. 10 (40, 59, 2) Pompeius *τοῖς ὑποστρατήγοις πάντα τὰ ἐκεῖ προστάξας αὐτὸς τῇ πόλει ἐφήδρευε.*

381) Cf. II. 448 sq. (54, 7), imprimis II. 449. 8 sq. (54, 7, 4) Augustus *ἐς τὴν Ἀσίαν . . . κομισθεὶς πάντα τά τε ἐκεῖ καὶ τὰ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ διέταξεν, οὐχ ὅτι τοῦ δήμου καὶ ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ τὰ πρότερα ἐδόκει εἶναι ἐν ὀλιγωρίᾳ αὐτὰ ποιησάμενος, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντων σφῶν ὡς καὶ ἑαυτοῦ ὄντων ἐπιμεληθείς.* Haec verba confirmare videntur his annis senatui provincias aliquatenus ademptas fuisse.

382) Tamen dubito an Dio voce *ἐστάλκει* non recte usus sit II. 459. 16 (52, 19, 6), cum Agrippa in Orientem redisset.

Imp. Rom. 3 p. 441. Mommsen quidem *Res gest. d. Aug.*² p. 164 vidit Agrippae potestatem quandam proconsularem in totum Imperium datam esse, attamen eum Orientis provinciarum potestatem specialem habuisse negari non potest. Sic de potestate Antonii IIIviri admonemur, qui praeter potestatem suam in totum Imperium Romanum specialiter provincias Orientis accepit. Nec mirum Augustum, cum nova dignitas quaerenda esset, ut Agrippa sine nimia animi offensione Roma ablegaretur, ad exemplum triumviratus formam dignitatis ei excogitasse[383]). Propter amicitiam, quae Augustum cum Agrippa coniunxit, potestas generalis magis conspicitur quam potestas peculiaris. Cum Augustus ipse provinciarum imperium anno 27 a. C. in decennium susceperit, Agrippae imperium Orientis provinciarum a. 23 a. C. in quinqennium datum esse veri simile est. Deinde Dio anno 18 a. C. de Agrippae potestate agit II. 454. 9 (54, 12, 4) *ἔπειτα δὲ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ἄλλα τε ἐξ ἴσου πῃ ἑαυτῷ καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον ἔδωκε.* Hoc anno, cum Augusto imperium provinciarum in quinqennium prorogatum est, etiam Agrippae imperium Orientis in idem tempus prorogatum esse veri simile est. Verba *ἄλλα τε ἐξ ἴσου πῃ ἑαυτῷ* cum alia tum maxime Josephi verba in memoriam revocant: *τοῦ πέραν Ἰονίου διάδοχος Καίσαρι.* Simul dignitas eius potestate quoque tribunicia in quinquennium data augebatur. Porro anno 13 a. C., teste Dione II. 468. 16 (54, 28, 1) *τὸν Ἀγρίππαν ἐκ τῆς Συρίας ἐλθόντα τῇ τε δημαρχικῇ ἐξουσίᾳ αὖθις ἐς ἄλλα ἔτη πέντε ἐμεγάλυνε καὶ ἐς τὴν Παννονίαν πολεμησείουσαν ἐξέπεμψε, μεῖζον αὐτῷ τῶν ἑκασταχόθι ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀρχόντων ἰσχῦσαι ἐπιτρέψας*[384]). Ex his verbis colligi potest Augustum atque Agrippam formam una imperandi aliquatenus mutavisse et inde ab hoc anno omnes provincias communiter administrasse (cf. Suet. *Tib.* 21, 1), fortasse quod periculosum iis videretur, si homines cogitare adsuevissent Imperium Romanum facile posse dividi. Nam hac Agrippae potestate, quae totum Imperium Italia excepta complectebatur, eius potestas specialis Orientis provinciarum sublata esse videtur, cf. Jos. *ant. Jud.* 16, 3, 3 ed. Niese 86: *Ἀγρίππᾳ γε μὴν ἀνιόντι εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ τὴν*

---

[383]) Fere isdem verbis atque Josephus de Agrippae provinciis Dio usus est de Antonii provinciis II. 269. 3 (48, 28, 4) *Ἀντώνιος δὲ πάντα τἆλλα τὰ ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον, τά τε ἐν τῇ Εὐρώπῃ καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τοῖς Ῥωμαίοις ὄντα, ἀπέλαχε.*

[384]) De Augusto ipso Dio similibus verbis usus erat II. 440. 13 (53, 32, 5) *καὶ ἐν τῷ ὑπηκόῳ τὸ πλεῖον τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἰσχύειν ἐπέτρεψεν.*

διοίκησιν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας δεκαετῆ γεγενημένην[385]). Ad exemplum huius Agrippae potestatis postea illa potestas proconsularis minor, quae Druso Tiberio Gaio Germanico mandata est[386]), formata esse videtur, sed haec Agrippae potestas ad ipsius Augusti potestatem propius accessit atque conferri potest cum Tiberii potestate, de qua Velleius 2, 121: *Cum . . . senatus populusque Romanus postulante patre eius, ut aequum ei ius in omnibus provinciis exercitibusque esset, quam erat ipsi, decreto complexus esset.* Cf. Suet. *Tib.* 21, 1 *Lege per consules lata, ut provincias cum Augusto communiter administraret simulque censum ageret, condito lustro in Illyricum profectus est*[387]). Identidem in eam cogitationem adducimur, ut his novis potestatibus iustum nomen defuerit. Etiam certa conditio a maioribus accepta adhuc deest. Sic fit, ut nobis difficile sit has potestates clare concipere. Postea Titus atque etiam Caracalla *destinatus imperator* appellantur, cf. Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1157, 2 (2^2 p. 1100, 1).

Agrippa, qui propter victoriam titulum *imperatoris* semper recusavit, propter hanc potestatem extrema vita acceptam *impera-*

---

385) Controversia non tollitur, quam Dionis verba afferunt II. 474. 9. (54, 34, 6), de qua Boissevaini adnotatio conferatur. Boissevaino assentior erroris Dionem arguere temerarium esse. Ipsa Dionis verba aliquid inusitatum indicare videntur, atque nescimus, an forte in Pamphylia negotium extraordinarium Pisoni conficiendum fuerit.

386) Eorum imperium aequum fuisse videtur praesidibus provinciarum. Germanico enim, proconsularem potestatem minorem habenti (Tac. *ann.* 1, 14), cum in Orientem proficisceretur, seorsum maius imperium provinciarum Orientis decretum est quam his, qui sorte aut missu principis obtinuerunt (Tac. *ann.* 2, 43). Fortasse hoc maius imperium Germanici tantum ad tempus itineris in Orientem datum est. Nam tribunicia potestas proximus gradus fuisse videtur ad eam potestatem proconsularem maiorem Agrippae Tiberiique. Supra vidimus Agrippae imperium Orientis provinciarum prorsus aliud fuisse.

387) Eo loco Suetonius hoc Tiberii provinciarum imperium atque eius censuram simul commemoravit. Huius censurae lustrum factum esse anno 14 p. C. apparet *Mon. Anc.* II 8 cap. 8 *(Tertiu)m consulari cum imperio lustrum collega Tib. Cae(sare filio meo feci) Sex. Pompeio et Sex. Appuleio cos.* Quamquam non sequitur, ut Tiberius ipse quoque cum imperio consulari fuerit, tamen perspicuum est potestatem quandam censoriam ei delatam fuisse anno 13 p. C. Apud Dionem neque huius Tiberii potestatis provinciarum neque censurae annorum 13/14 p. C. mentio hodie invenitur, quamquam censuras commemorare solet. Itaque in promptu est colligere haec hausta esse lacuna libri 56 inter c. 28, 6 et 29, 3 (II. 540. 27—542. 4), pro quarta tantum parte expleta a Xiphilino et Zonara. Itaque adversus ordinem narrationis apud Velleium anno 13 p. C. Tiberio provinciarum exercituumque potestatem Augusto aequam decretam esse puto. Id non initio anni 13 p. C. factum esse ex eo colligere velim, quod Dio lib. 56, 28, 1—3 de hac potestate mentionem non fecit.

tor dici videtur Dessau *Ins. Lat. Sel.* 8897, qui titulus post mortem positus est. Insuper *imperator* dicitur *C. I. L.* IX 262 et 2200, *C. I. Gr.* 1878, quibus titulis Mommsen *Staatsr.* 2^3 p. 1156, 2 (2^2 p. 1098, 2), de titulo propter victoriam accepto cogitans, nullam auctoritatem attribuit[388]).

III.
Ἡ ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονία.
Quo anno Numidia ab Africa provincia prorsus separata sit.

Τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν bis vocat Dio munus, quo in Africa functus est:

II. 317. 16 (49, 36, 4) *ταῦτα δὲ* (res Pannonicas) *οὐκ ἀκούσας οὐδ᾿ ἀναγνοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ μαθὼν ὥστε καὶ ἄρξας αὐτῶν, οἶδα· μετὰ γάρ τοι τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν τῇ τε Δελματίᾳ, ἧς ποτε καὶ ὁ πατήρ μου χρόνον τινὰ ἦρξε, καὶ τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω καλουμένῃ προσετάχθην, ὅθεν ἀκριβῶς πάντα τὰ κατ᾿ αὐτοὺς εἰδὼς γράφω.*

III. 474. 5 (80, 1, 2) Xiph. *τὰ δὲ δὴ λοιπὰ ἀκριβῶς ἐπεξελθεῖν οὐχ οἷός τε ἐγενόμην διὰ τὸ μὴ ἐπὶ πόλυν χρόνον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρῖψαι. ἔκ τε γὰρ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Βιθυνίαν ἐλθὼν ἠρρώστησα, κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν ἠπείχθην, ἐπανελθών τε ἐς τὴν Ἰταλίαν εὐθέως ὡς εἰπεῖν ἔς τε τὴν Δελματίαν κἀντεῦθεν ἐς τὴν Παννονίαν τὴν ἄνω ἄρξων ἐπέμφθην, καὶ μετὰ τοῦτ᾿ ἐς τὴν Ῥώμην καὶ ἐς τὴν Καμπανίαν ἀφικόμενος παραχρῆμα οἴκαδε ἐξωρμήθην.*

His locis de imperio legionis III agi puto. P. 141 sqq. apparuit ad hoc imperium designandum verba *ἡ ἐν τῇ Ἀφρικῇ*[389]) *ἡγεμονία* quoad Numidia nondum provincia ab Africa separata erat[390]), maxime idonea esse. Nunc omnium primum illustrabo etiam in titulis Latinis id imperium simili modo designari; deinde probare conabor Numidiam Alexandro Severo principe demum iustam provinciam factam esse; postremo demonstrabo solitum cursum honorum obstare ne Dio

---

388) Ad extremum notandum Mommsenum *Staatsr.* 2^3 p. 1151, 5 et p. 1157, 3 (2^2 p. 1094, 4) imperium anni 13 p. C. non discrevisse ab eo imperio, quod Agrippa iam antea habuit.

389) *ἡ Ἀφρική* Dioni semper provincia, nunquam pars mundi est.

390) Proconsul provinciae Africae solito Dionis more *τῆς Ἀφρικῆς ἄρχειν (ἡγεμονεύειν)* dicitur III. 293. 13 (72, 11, 4) Exc. Val.; III. 320. 1 (73, 15, 3) Exc. Val. et fortasse II. 640. 13 (59, 20, 7).

proconsul provinciae Africae, neque tamen impedire, quominus legatus Aug. legionis III. Numidiaeque fuerit.

In titulis perlustrandis statim conspicitur eum qui leg. III Numidiaeque praeest non legatum Aug. provinciae Numidiae, sed saepe legatum Aug. pro pr. leg. III, non raro autem dici legatum Aug. pro praetore provinciae Africae; quam legationem a Dione ἐν τῇ Ἀφρικῇ dici manifestum est ex iis quae supra de usu huius praepositionis disserui. Restat ut ex iis titulis nonnulla exempla exscribam:

C. I. L. III. 4118, Dessau 996: *leg(atus) Aug. provinc(iae) Africae pr(o) pr(aetore)*[391]).

C. I. L. XII. 670: *[legatus Aug. pro] pr(aetore) prov(inciae) Africae*[392]).

C. I. L. V. 531, Dessau 989: *leg(atus) pro praet(ore) ex[ercitus Afri]cae imp(eratoris) Caesar(is) Aug(usti).*

C. I. L. XI. 5210, Dessau 990: *praetorius legatus provinciae Afric[ae] imp(eratoris) Caesar(is) Aug(usti)*[393]).

C. I. L. XI. 5211, Dessau 991: *qui cum esset candidatus Caesar(is) pr(aetor) desig(natus) missus est ab imp(eratore) Vespasiano Aug. legatus pro praetore ad exercitum, qui est in Africa.*

C. I. L. XI. 3718, Dessau 1053: *[legatus] imp(eratoris) Caesaris Traiani Hadriani Augusti [pro praetore] leg(ionis) III Aug(ustae) et exercitus Africani.*

C. I. L. VIII. 17891, Dessau 1055: *leg(atus) Aug. pr(o) pr(aetore) exercitus provinciae Afric(ae).*

C. I. L. VIII. 7036, Dessau 1068: *leg(atus) pr(o) pr(aetore) provinciae Africae*[394]).

C. I. L. VIII. 2747, Dessau 1070: *leg(atus) Aug. pr(o) pr(aetore) provinciae Africae.*

Iam ad statum Numidiae nos convertamus. Anno 39 p. C. non totam Numidiam legato legionis III mandatam esse, sed partem

---

[391]) Mommsen, qui putat (C. I. L. III 4118 et VIII p. XVI adn. 4) *Aug.* non recte additum esse atque de legato proconsulis agi, refutatur a Pallu de Lessert, *Fastes des Prov. Afr.* 1 p. 313 sq.

[392]) Sic Pallu de Lessert *l. l.* 1 p. 332. In titulo *leg. Aug.* servatum non est. Hirschfeld in C. I. L. minus recte in suppletione sua *Aug.* omisit; nam de legato proconsulis hic non agitur.

[393]) De eius dignitate nondum omnia in aperto esse observavit Pallu de Lessert *l. l.* 1 p. 155 sqq., sed cf. Dessau, adn. 6.

[394]) In hoc titulo lapicida nonnulla omisit; itaque fortasse „legatus *Aug.*" emendandum est, cf. Pallu de Lessert *l. l.* 1 p. 353 sqq., qui docet *Aug.* saepius deesse.

Numidiae cum provincia Africa coniunctam mansisse Mommsen (C. I. L. VIII p. XV sq. et 467) planum fecit. Dio quoque II. 640. 16 (59, 20, 7) imprimis legionem, atque deinde eos modo Numidas, qui circum legionem habitarent, legato legionis III commissos esse dicit: Gaius princeps *ἑτέρῳ τό τε στρατιωτικὸν καὶ τοὺς Νομάδας τοὺς περὶ αὐτὸ προσέταξε*. Ceterum eum legatum semper potestatem suam auxisse constat ex Taciti *Hist.* 4, 40. Sed quaeritur, quo principe Numidia iusta provincia facta sit. Plerique putaverunt non re tantum, sed etiam ex iure provinciam separatam factam esse Septimii Severi temporibus, argumentis[395]) tamen nisi me iudice infirmis. Ceteris omissis de duobus quae non sine aliquo momento esse mihi videntur, hic paucis agam. *Dig.* 37, 5, 7 legimus *Tryphoninus libro sexto decimo disputationum. Nam secundum constitutionem divi Pii ad Tuscium Fuscianum Numidiae legatum e. q. s.* Hic animadvertendum est Tuscium legatum Numidiae, non provinciae Numidiae a Tryphonino dici; verba ipsa ad statum Numidiae, non ut ex iure publico, sed ut revera erat, spectare videntur; Pallu de Lessert quoque (*Fastes des Prov. Afric.* 1, p. 369) putat his verbis rem nondum iudicatam esse[396]). Tum hic legatus in titulis saepius *praeses* dicitur; reputandum autem est praesidis nomen generale fuisse omnium eorum qui provincias regunt, cf. *Dig.* 1, 18, 1; mirum igitur non est centuriones urbesque ei obnoxias hunc legatum inde a fine principatus Commodi praesidis nomine ornavisse. Sed praeses provinciae Numidiae non invenitur nisi in uno titulo[397]), in quo Sex. Varius Marcellus ita appellatur ab uxore quae nominis honorifici cupidior quam iusti nominis peritior fuisse videtur. Nullus autem legatus se ipse praesidem dixit neque omnino usquam legatus provinciae Numidiae Severi temporibus invenitur[398]). Itaque is usus vocabuli *praesidis* nil

[395]) Cf. Marquardt *Röm. Staatsverw.* 1^2 p. 470.

[396]) Ceterum veri simile nomen Tuscii Fusciani corruptum esse ex Matuccio Fuscino, qui in titulis *leg. Aug. pr. pr. leg. III Aug.* appellatur, cf. *Pros. Imp. Rom.* 2 p. 355 n. 283. Memorabile autem id est, quod iam Antonini Pii temporibus princeps de hereditatibus rescriptum misit ad legatum Numidiae; itaque iurisdictio quoque Numidiae aliquatenus a cetera Africa separata esse videtur.

[397]) C. I. L. 6569 = Dessau 478 *leg. leg. III Aug. praesidi provinc. Numidiae.* Etiam in versione Graeca huius tituli legimus: *ἡγεμόνι λεγειῶνος γ Αὐγούστης ἄρξαντι ἐπαρχείου Νουμιδίας.*

[398]) Unum titulum inveni apud Dessau *Ins. Lat. Sel.* 9488 *leg. Auggg. pr. pr. prov. splend. Numid.;* Subatianus Proculus, ut Dessau adnotat, legatus Numidiae fuit a. 208. Res publica Cuiculitanorum, quae hunc titulum filiabus legati posuit, nomen legati non recte indicavisse videtur; vox quoque „splendi-

probat vel potius argumento est Numidiam ex iure publico nondum iustam provinciam factam esse atque legato legionis III etiam tum nomen legati provinciae defuisse. Apud Mommsenum (C. I. L. VIII. p. XVI.), cui Boissière *l'Algérie Romaine* 1, p. 301 (1883) assentiri videtur, legimus: *Severi tempore condicionem legati mutatam esse regione quam administrabat ad provinciae formam tunc demum exacta, quae opinio est Willmannsi, mihi non probatur; magis crediderim cum re iam diu Numidia provinciae loco esset, tum etiam vocabulum obtinuisse et id quidem usu abusuve magis quam lege et praescripto, quae excludit cum ipsa illa nominum inconstantia tum quod ne post Severum quidem defuit antiqua appellatio.* Mihi contra ex iure publico Numidiam *certo* anno provinciam separatam factam constat, et id quidem in fine principatus Severi Alexandri. Dio enim, qui in extrema vita muneribus imperiisque suis functus opus suum recognovisse praesertimque eos locos retractavisse videtur, qui de provinciis a se administratis agebant[399]), II. 640. 16 (59, 20, 7) dicit *καὶ δίχα τὸ ἔθνος νείμας ἑτέρῳ τό τε στρατιωτικὸν καὶ τοὺς Νομάδας τοὺς περὶ αὐτὸ προσέταξε· καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ δεῦρο τοῦτο γίγνεται.* Quae verba *καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ δεῦρο τοῦτο γίγνεται* probare mihi videntur statum Numidiae ex iure publico non mutatum esse usque ad Dionis imperium huius provinciae. Huc accedit quod etiam *illa nominum inconstantia* de qua Mommsenus commemorat, huic sententiae favet. Sed P. Julius Junianus Martialanus, quem Pallu de Lessert in fine principatus Severi Alexandri collocat, primus appellatur *legatus Aug. pr. pr. provinciae Numidiae* (C. I. L. VIII. 2392, Dessau 1178); qui cum etiam *legatus leg. III Aug. Severianae Alexandrianae praeses* dicatur (C. I. L. VIII. 7049 et 2742, Dessau 1177), Pallu de Lessert opinatur (*Fastes des Prov. Afric.* 1 p. 431) in eius imperio Numidiam provinciam a provincia Africa separatam esse[400]). Postremo imperatoris Maximini (234—238) tituli miliarii, ubi legitur *a Carthagine usque ad fines Numidiae provinciae,* iam omnem dubitationem tollunt, quin Numidia vera provincia sit (cf. C. I. L. VIII. p. 865 sqq.; Dessau 488). Itaque exeunte demum Severi

dae" provinciae adiecta inusitata est. Ceterum Dionis verba *καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ δεῦρο γίγνεται* (vide p. 161) demonstrant statum Numidiae neutiquam iam hoc anno mutatum esse.

[399]) Cf. II. 317. 15—19 (49, 36, 4), supra p. 158; cf. III. 371. 14 (76, 16, 4) Xiph. *τρισχιλίας (γραφὰς μοιχείας) γοῦν ὑπατεύων εὗρον ἐν τῷ πίνακι ἐγγεγραμμένας.*

[400]) C. Macrinius Decianus (± 260) in titulis servatis primus se ipse legatum Augg. pr. pr. prov. Numidiae appellat (C. I. L. VIII 2615, Dessau 1194).

Alexandri principatu Dionis imperio iam exacto Numidiam provinciam ex iure ab Africa separatam constitutam esse veri simile est.

Denique solitum cursum honorum obstare ne Dio proconsul provinciae Africae fuerit, ex eo apparet, quod inde ab initio saec. II usque ad Diocletianum, quantum scio, nemo cuius cursus honorum notus est, senatus provinciis consularibus Africae vel Asiae prius quam principis provinciis consularibus velut Delmatiae Pannoniaeque superiori praefuit[401]). Contra saepe accidit, ut qui principis provinciis consularibus praefectus fuisset, eundem postea demum provinciis Africae vel Asiae praeesse inveniamus (cf. Dessau *Ins. Lat. Sel.* 963, 1015, 1029, 1035, 1041, 1047, 1061, 1101, 1113, 1182, 2935 et 2936, 8830).

Dio dum legioni III Aug. praeerat, consul designatus est ut fieri solebat[402]). Adhuc de anno Dionis consulatus dubitatum erat, praesertim propter intervallum quinquennii quod inter consulatum atque imperium Africae vel Asiae interesse debebat[403]); quam dubitationem sustulisse putantur Borghesi et Waddington[404]), qui opinati erant ea innovatione, qua Severus Alexander provincias proconsulares ex senatus consulto ordinavit (*vita Alexandri* 24, 1)[405]), etiam

---

[401]) Ad hanc rem omnes cursus honorum proconsulum Africae, quos Pallu de Lessert *Fastes des Provinces Africaines* et proconsulum Asiae, quos Waddington *Fastes des Provinces Asiatiques* afferunt, perquisivi.

[402]) Cf. Domaszewski *Die Rangordn. des röm. Heeres* p. 175: *Diese Statthalter gelangen immer zum Consulat und die Designation erfolgt regelmäßig bereits während der Statthalterschaft.* Vide Dessau 1055; 1070; 1111; 2397; 2452; 3843 et al. Etiam fit, ut legationis tempore nondum exacto consulatus iam ineatur. Sic qui C. I. L. VIII 4589 consul designatus est, is 2740 et 4599 consul dicitur.

[403]) Id iustum quinquennii intervallum re vera multis annis maius erat, cf. Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 251, 2 (2² p. 240, 4).

[404]) Borghesi *opp.* 5 p. 469 sq.; Waddington *Fastes des Prov. Asiat.* p. 10sq.; Pallu de Lessert *Fastes des Prov. Afric.* 1, 271; Mommsen *Staatsr.* 2³ p. 253 (2² p. 242): *Diese Ordnung . . . finden wir im Anfang des 3. Jahrhunderts verschwunden: jetzt bezeichnet der Kaiser jedes Jahr so viel Consulare und Prätorier, als erforderlich sind, ohne dabei durch die Anciennetät gebunden zu sein.*

[405]) Princeps designare solebat qui sortitioni interessent (Dio 53, 14, 3), tamen non constat a quo principe id institutum sit. Borghesi recte quidem vidit Severum Alexandrum aeque ac Aurelianum (*vita* c. 40, 4) et Probum (*vita* c. 13, 1) eo iure destitisse atque senatui liberam electionem dedisse, sed ex iis qui id munus sibi vindicare possent. Nam ex ipsis auctorum verbis omnino non colligi potest iustum quinquennii intervallum quoque abolitum esse. Ceterum ne ea quidem sortitio a Macrino observata erat, cf. Dio III. p. 427 et 428 (78, 22); quod Dio ipse iam significaverat II. 424. 9 (53, 14, 4) *αἱρετούς τέ τινες καὶ ἐκεῖσε ἔπεμψαν, καὶ ἐπὶ πλείω ἐνιαυτοῦ χρόνον ἔστιν οἷς ἄρξαι ἐπέτρεψαν* velut Macrinus Anicium Faustum in Asiam misit III. 427. 8 (78, 22, 2).

id intervallum quinquennii sublatum esse. Id autem non recte: nullo enim auctore, nullius cursu honorum[406]) nituntur. Ne tunc quidem ullius cursus honorum invenitur, qui ante principis consulares provincias Africae vel Asiae praefuerit[407]); at contra exempla veteris ordinis horum munerum non desunt velut M. Antonii Gordiani (*Pros. Imp. Rom.* 1 p. 96 n. 664), qui *πολλῶν πρότερον ἄρξας ἐθνῶν* (Herodianus 7, 5, 2) proconsul Africae factus est plus septuaginta annos natus, L. Caesonii Lucilli Macri Rufiniani (*Pros. Imp. Rom.* 1 p. 269 n. 160), qui ante hunc proconsulatum vel unus ex XXviris ex senatus consulto rei publicae curandae fuerat (a. 238), L. Albinii Saturnini (*Pros. Imp. Rom.* 1 p. 44 n. 341), qui antequam proconsul Asiae fuit, legationem Ponti et Bithyniae obtinuerat; atque aliorum.

Hac disputatione demonstravisse mihi videor Numidiam in fine demum principatus Severi Alexandri provinciam constitutam esse ex iure ab Africa separatam; atque totum Dionis cursum honorum obstare quin eum proconsulem Africae fuisse putemus; veri simile autem esse eum legatum leg. III Aug. fuisse, quod tantum non certum factum est ipsius Dionis verbis *ἡ ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονία.*

IV.

De vita et scriptis Cassii Dionis.

De Dionis vita egerunt:

Reimarus *De vita et scriptis Cassii Dionis commentarius* vol. II p. 1533—1544; apud Sturzium vol. VII pag. 506—572.

A. Wirth. *Quaestiones Severianae* p. 54—61 Lipsiae 1888.

E. Schwartz apud Pauly-Wissowa *R. E.* 3 p. 1684.

Klebs in *Pros. Imp. Rom.* 1 p. 313 n. 419.

---

[406]) Exemplum Gordiani, qui post consulatum ad proconsulatum Africae missus esse dicitur (*vita Gord.* 2, 4 et 5, 1) nihil probat, quia filius cum patre mutatus est (cf. P. v. Rohden apud Pauly-Wissowa *R. E.* 1 p. 2629, 40 et 2631, 45). Inde ab Diocletiano demum, cum provinciae Africa Asiaque multo minores factae essent, exempla afferuntur, ex quibus apparet id intervallum usitatum tum sublatum esse.

[407]) M. Fulvius Macrianus (*Pros. Imp. Rom.* 2 p. 95 n. 374), si a Pallu de Lessert (*Fastes des Prov. Afric.* 1 p. 284) recte in proconsulibus Africae enumeratur, huic honorum ordini repugnat. Sed de eius proconsulatu nusquam mentio fit, tantum eius virtus in Africa comprobata esse dicitur (*Tyr. triginta* 12, 17). Fortasse legatus Numidiae fuit.

J. C. P. Smits *Die vita Commodi und Cassius Dio*, praesertim p. 70 sqq. Lugd. Bat. 1914.

Reimarus de Dionis vita cursuque honorum tam eximie egit, ut posterioribus nihil fere reliquum esset nisi ut eius disputationem repeterent. Ego praetermissis iis, quae dudum nota sunt, hic tantum exponam, qua in re mihi Reimari disputatio supplere posse videor.

Paucis exceptis ex Dionis ipsius Historiis omnia fluxerunt, quae de eius vita scriptisque cognita habemus, collecta a Reimaro II. p. 1528—1533 (apud Sturzium VII p. 484—505). Quibus locis addendi sunt ei loci, ubi verba ipsa monstrant Dionem in senatu affuisse velut III. 446. 9 — III. 447. 9 (78, 37, 5 — 38, 2) (*ἡμῖν ἀνεγνώσθη, συνήλθομεν, κατέγνωμεν*). Ex quo apparet Dionem Macrini imperii initium (d. 11 m. Apr. a. 217) et Elagabali defectionem (medio mense Aprili vel Maio a. 218)[408]) Romae comperisse. Ceterum in disputatione sua § 12 Reimarus quoque id commemorat.

Controversia est de anno quo Dio natus est. Quae inde orta esse videtur quod nonnulli ex iis, quae Dio de se ipso narrat (in Xiphilini epitome) nimium efficere conati sint. Legimus enim apud Xiphilinum III. 284. 19 (72, 4, 2) *πλείστους δὲ ἐφόνευσε* (Commodus) . . . *καὶ ὡς εἰπεῖν πάντας τοὺς ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἐκείνου ἀνθήσαντας πλὴν τοῦ τε Πομπηιανοῦ καὶ τοῦ Περτίνακος καὶ τοῦ Οὐικτωρίνου· τούτους γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ ἀπέκτεινε. λέγω δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας ἔτι παραδόσεως ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως. ἐλθὼν δὲ ἐς τὴν Ῥώμην καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν διαλεχθεὶς ἄλλα τέ τινα ἀπελήρησε* e. q. s.

Dio postquam se mirari dixit nonnullos viros nobiles a Commodo non necatos esse, addit aetatem suam iam in has res incidisse; tum pergit de oratione agere, quam Commodus anno 180 p. C. in senatu habuit; unde Reimarus miro errore § 6 Dionem iam hoc anno in senatu affuisse et, cum ante aetatis annum vicesimum quintum senatorem fieri non liceret, anno fere 155 natum fuisse opinatus est. Id autem nequaquam ex verbis Dioneis, a Xiphilino ex uberiore contextu excerptis[409]), efficiendum est.

Wirth propterea quod Dio anno 194 praetura functus est, eum anno 164 natum ponit; quo tamen anno terminum tantum ad quem

---

[408]) cf. Wirth *Quaestiones Severianae* p. 40.

[409]) Verbis *ἐλθὼν δέ* narrationem hoc loco non apte procedere manifestum est.

nobis datum esse patet. At non multum a vero aberrare qui ipsum hunc annum Dionis natalem annum habeant probabile videtur.

Anno 218 Macrino etiam tum principe Dio curator Pergami et Smyrnae in Asiam profectus est; ibique eum usque ad ineuntem annum 221 remansisse apparet III. 471. 25 (79, 18, 3) Xiph.: *ταῦτα μὲν* (peregrinationem eius qui se Alexandrum Magnum esse dixit) *ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι, ὥς εἶπον, ὢν . . . ἔμαθον*, quam peregrinationem paulo ante adoptionem Severi Alexandri (die X m. Julii anni 221, cf. *Pros. Imp. Rom.* I p. 215 n. 1303) fuisse colligi potest ex III. 471. 10 (79, 18, 1) Xiph.

De reliqua sua vita ipse certiores nos facit III p. 474 sqq. (80, 1, 2 et 3; 4, 2 — 5, 3). Post curationem Pergami et Smyrnae in patriam Bithyniam revertit, ubi morbo diuturniore implicitus est. Sed Elagabalo occiso (mense Martio anni 222) Severo Alexandro principe senatus rursus in magno honore erat. Dioni legatio exercitus Africae, provinciae praetoriae (cf. supra p. 158 sq.) mandabatur, sed morbo implicitus non statim iter ingredi Romamque visere potuit; simulatque autem convaluit, recta via a Bithynia ad exercitum Africanum profectus est. In hac legatione eum consulem designatum esse, quamquam ipse tacet, statuimus supra (cf. adn. 402). Per breve tempus Romae moratus consulatuque functus esse videtur. Nam uno eodemque anno eum a Numidia revertisse, consulatu functum esse, materiam Historiarum suarum supplere atque augere studuisse, profectionem paravisse atque provinciam Delmatiam petivisse probabile. Nam quod dicit *ἐπανελθών τε ἐς τὴν Ἰταλίαν εὐθέως ὡς εἰπεῖν ἔς τε τὴν Δελματίαν . . . ἄρξων ἐπέμφθη* impedimento non est, quin sumamus eum hoc anno aliquot menses Romae versatum esse. Cum nesciamus quam diu Dio aegrotaverit, incertum manet utrum Dio Numidiae praefuerit anno 222/223 an 223, consul designatus sit iam anno 222 an 223; atque Romae moratus consulatuque functus sit iam anno 223 an anno 224. Deinde Delmatiae Pannoniaeque superiori, provinciis consularibus, praefuit, annis 225—228, fortasse singulis provinciis binos annos. Denique anno 229 iterum consul factus est. Dionis consulatus equidem annis 224 et 229 collocare velim, nec obstat notum illud decennii intervallum quippe quod in principatu non amplius observaretur, cf. Mommsen *Staatsr.* I^3 p. 521, 4 (I^2 p. 503, 3).

De scriptis Dionis princeps locus est III. 304. 13 sqq. (lib. 72 cap. 23) Xiph. Quo ex loco apparet eum omnium primum librum

scripsisse *περὶ τῶν ὀνειράτων καὶ τῶν σημείων δι' ὧν Σεουῆρος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἤλπισε.* Hoc libello cum ab aliis tum a Severo ipso probato ea bella externa civiliaque describere aggreditur, quae Commodo mortuo imperium Romanum vexaverunt, historiam igitur Romanam usque ab initio anni 193: *πόλεμοι δὲ μετὰ τοῦτο* (mortem Commodi) *καὶ στάσεις μέγισται συνέβησαν, συνέθηκα δ' ἐγὼ τούτων τὴν συγγραφὴν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε . . . οὕτω δὴ* (somnio excitatus) *ταῦτα περὶ ὧν νῦν* (rebus anni 192 absolutis) *καθίσταμαι ἔγραψα.* Facile iis assentior qui iudicant Dionem hunc librum antequam Albinus oppressus esset, in lucem edidisse[410]). Sequitur hunc librum egisse de rebus annis 193 et 194 (fortasse etiam 195) gestis atque in publicum prodisse anno 196. Deinde totam Historiam Romanam scribere aggressus est; decem annis materiam Historiarum suarum usque ad mortem Severi se collegisse, porro duodecim annis opus absolvisse dicit. Dio magna saepe non perspiciens, in minimis accuratus esse studet. Itaque ex eius verbis si saltem integra servata sunt (*συνέλεξα δὲ πάντα τὰ ἀπ' ἀρχῆς τοῖς Ῥωμαίοις μέχρι τῆς Σεουήρου μεταλλάγης πραχθέντα ἐν ἔτεσι δέκα, καὶ συνέγραψα ἐν ἄλλοις δώδεκα* III. 305. 3 lib. 72, 23, 5) efficere necesse eum non ante annum 211, quo anno Severus mortuus est, materiem Historiarum colligendi finem fecisse: ergo neque ante annum 201 huic operi incumbere coepisse[411]) neque ante 223 Historias absolvisse usque ad mortem Severi. Quo loco hoc quoque

[410]) Libro edito mox inter Severum atque Dionem, qui usque ad annum 197 iudicium benevolum de Severo fert, dissensio orta esse videtur. Fortasse Dio suspectus fuit, quod Albino favisset; utique Albino oppresso Dio statim in Severum invehitur: *λέγω γὰρ οὐχ ὅσα ὁ Σεουῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο* (III. 344. 14 lib. 75, 7, 3 Xiph.). Severum corpus Albini contumelia affecisse narrat (*ἐφ' οἷς δῆλος γενόμενος ὡς οὐδὲν εἴη αὐτοκράτορος ἀγαθοῦ κ.τ.λ.*), devictis omnibus qui arma sumpserant, adversus *inermes* omnem iram diu conceptam effudit (vs. 20); maximeque senatui terrorem iniecit, cum se Marci filium et Commodi fratrem diceret, et Commodo, quem antea contumelia affecerat quique Dioni invisus erat, divinos honores decerneret e. q. s. Plautianus altera causa huius dissensionis fuisse videtur; is enim Dioni quam maxime invisus est de eoque ne minimum quidem boni commemorat.

[411]) Verba *καὶ ἐπειδή γε τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτῷ τῷ Σεουήρῳ μάλιστα ἤρεσε* (liber de bellis inde ab ineunte anno 193 gestis), *τότε δὴ καὶ τἆλλα πάντα τὰ τοῖς Ῥωμαίοις προσήκοντα συνθεῖναι ἐπεθύμησα* III. 304. 21 (72, 23, 3 Xiph.) quodammodo obstare ne Dio hunc librum anno 196 in lucem ederet, anno demum 201/2 Historiis suis incumbere inciperet, non nego. Cum tamen hi anni certi esse mihi videantur, ea verba non aliter interpretari possum quam ut sumam Dionem nonnullis annis post demum huic studio sibi iniecto indulsisse. Reimarus vol. II p. 1536 putat Dionem inter annos 201—222 Historias confecisse

palam facit, opere usque ad mortem Severi absoluto, aggressum se Historias suas persequi. Pergit enim *τὰ γὰρ λοιπά, ὅπου ἂν καὶ προχωρήσῃ, γεγράψεται*[412]). Quaeritur adhuc, quo anno hoc caput scripserit. Manifestum autem est haec verba non ante scripta esse, quam Historias suas usque ad mortem Severi absolverit illique ***duodecim anni*** iam praeterierint. Quod qui admittit, hoc quoque statuat necesse est Dionem opus suum usque ad mortem Severi absolutum recognoscentem hoc caput inseruisse, vel mutasse. Nec desunt vestigia huius recognitionis: II. 664. 11 (60, 2, 3) *καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν οὐχ ὅτι οἱ αὐτοκράτορες ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες διφροφορούμεθα*, III. 371. 14 (76, 16, 4) Xiph. *τρισχιλίας (γραφὰς μοιχείας) γοῦν ὑπατεύων εὗρον ἐν τῷ πίνακι ἐγγεγραμμένας*[413]). Itaque non temere conicias Dionem in consulatu suo vel potius paulo post, anno 224 exeunte vel anno 225, opus suum recognovisse, mox annis fere 224—230 continuasse additis rebus inde a morte Severi usque ad annum 222 gestis. Cum opus suum persequi inciperet, procul dubio exspectabat veterem senatus splendorem quodammodo revixurum; se igitur pulcherrimum finem Historiis suis addere posse. Sed a provinciis administrandis Romam redeuntem non iam latebat rem alium exitum habiturum. Non mirum igitur eum spe deceptum taeduisse opus suum continuare, quippe qui iam saepius ab eo perficiendo abhorruisset III. 304. 26 (72, 23, 4) Xiph. In patriam Bithyniam reversus quam brevissime res usque ad alterum suum consulatum enarrans, quod occasio sibi defuisset materiam horum annorum colligendi, Historias suas absolvit his verbis:

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς ἔκ τε κονίης
ἔκ τ' ἀνδροκτασίης ἔκ θ' αἵματος ἔκ τε κυδοιμοῦ.

---

usque ad principatum Severi Alexandri, von Gutschmid *Kleine Schriften* V p. 548 et Peter *Die geschichtl. Litt.* I p. 432 inter annos 201—223; Smits *Die vita Commodi und Cassius Dio* p. 75 mecum consentit eum inter annos 201—223 tantum usque ad mortem Septimii Severi Historias confecisse.

412) Ita etiam quae III. 412. 17 sqq. (78, 10, 1) narrantur, perspicua fiunt. Dio Severo mortuo Antonino Getaque imperantibus materiem colligendi finem fecerat atque Historias ipsas scribere coeperat, ad tempus mortem Severi finem operis animo sibi proponens. Sed iam statim *πρὶν* (Antoninum) *ἐς τὴν μοναρχίαν καταστῆναι* (igitur iam ante caedem Getae) studio tenebatur operis sui persequendi. In somnio enim Severum videbat sibi praenuntiantem se ea quoque tempora descripturum esse *(ὅτι καὶ ταῦτα γράψοιμι)*. Probabile igitur materiem horum temporum colligere statim eum aggressum.

413) Dionem consulem fuisse anno (223 vel) 224, quo anno Historiam usque ad mortem Severi iam confecerat, supra ostendi.

Opus autem totum rursus perlustravisse atque hic illic aliquid addidisse vel mutavisse videtur: sic II. 327. 17 sq. (49, 36, 4) se Delmatiae atque Pannoniae praefuisse addidit.

Paulus Meyer *de Maecenatis oratione a Dione ficta* (Berolini 1891) putat hoc ipso consilio orationem Maecenatianam fictam esse a scriptore, ut imperatoris consiliis suas ipsius de re publica gerenda sententias opponeret (p. 92). Si id ita esset, haec quoque oratio toto iam opere perfecto inserta vel certe prorsus mutata esset. Equidem Meyeri sententiam sequi non possum; immo hanc orationem ad Alexandri Severi imperium spectare nego; sed de hac oratione agere in posterum differo[414]).

[414]) Si Suidas *vitam Arriani* recte Dioni attribuit, id opus inter annos 197—201 confectum esse credas; sin autem Dioni abiudicandum est, ut Boissevain putat (III. p. 776 in adn.), plane incertum manet, qua in re Dio his annis occupatus fuerit. Ex verbis III. 235. 5 (69, 15, 1) Exc. Urs. et Xiph. in neutram partem quicquam effici posse nemo non videt.

Indices.

1. Vocabula notabilia.

2. Loci notabiliores examinati.

Cassius Dio (quod ad interpretationem).

Ed. Boissevain. Vol. I.

Vol. II.

Vol. III.

Cassius Dio (quod ad textum).

Vol. I.

Vol. II.

Vol. III.

Mommsen.

Römisches Staatsrecht.

Pauly-Wissowa-Kroll.

Realencyclopädie.

Prosopographia Imperii Romani.

Theses.

I. Onderricht in het Grieks behoort te worden beschouwd minder als een gewichtig middel van propaideusis voor wetenschappelike studie, dan als een voorrecht voor belangstellenden.

De voorgestelde afdeling B van het Lyceum — zonder Grieks —, ook als ze wordt ingevoerd zonder de afdeling A naast zich, zal niet nadelig, wellicht zelfs bevorderlik blijken voor ons contact met de Griekse cultuur, als slechts wordt voorgeschreven, dat voor belangstellende leerlingen aan elk Lyceum de gelegenheid moet bestaan Grieks te leeren.

II. Op Lycea, Gymnasia, Hogere Burgerscholen worde de Grieks-Romeinse geschiedenis in hoofdzaak op ouderwetse manier behandeld. Deze bevat geschiktere onderwijsstof en niet minder levende werkelikheid dan de moderne reconstructies van de oude geschiedenis.

(Een andere is de opvatting, welke verdedigd wordt in: *De klassieke Oudheid in het Gymnasiaal onderwijs*, Rapport in opdracht van het Genootschap van Leeraren aan Nederlandsche Gymnasiën samengesteld in 1916.)

III. Een teleologiese ontwikkeling in de geschiedenis der mensheid is te verwachten op grond van de polyphyletiese afstamming van den mens.

IV. De oorsprong van de Indo-Germaanse taal is te zoeken in Frankrijk.

Deze hypothese verdient daarom nadere overweging, omdat ze tracht rekening te houden met geologiese, anthropologiese, archaeologiese en linguistiese gegevens.

V. Kromayer *Staat und Gesellschaft der Römer* p. 359/360 geeft een onjuiste voorstelling van het verband tussen de ondergang van het West-Romeinse keizerrijk en de antieke Cultuur.

VI. Peisistratus, de tyran, is genoemd naar de zoon van Nestor.

Op onvoldoende gronden tracht Bethe ons een andere meening te suggereren, waar hij zegt (*Homer* II p. 338): *Die Vermutung .... daß des Tyrannen wegen der Nestorsohn Peisistratos in γ δ diesen Namen trägt, drängt sich nun doch mit neuer Kraft auf.* (Vgl. Mülder, *Realencycl.* IX 1 Sp. 1042, 47.)

Te verwerpen is de opvatting van Bethe p. 339: *Ich werde so zur Überzeugung gebracht, ... daß ihr Dichter (der Telemachreise) geschickt unauffällig dem Tyrannen so das Anrecht auf den Stammbaum der Neliden gegeben hat.*

VII. Sedulius Scottus *Proverbia Graecorum* no. 9:

Nemo satis tutus periculo proximus, omnis astutus a periculo longe est.

De spreuk gaat terug op een andere vorm:

Omnis sat tutus e. q. s.

De vorm wijst op een Latijnse oorsprong, althans van deze spreuk.

(Cf. Hellmann, *Quellen und Untersuchungen zur Lat. Phil. des Mittelalters* 1, 1 p. 122 en 134.)

VIII. Mommsen, *Staatsr.* 3 p. 338, 2 meent ten onrechte, dat volgens Dio in het door hem behandelde geval sprake is van een factiese gelijkstelling met de comitia curiata.

IX. Voor de hypothese van de zogenaamde koepelgraven heeft de tumulus, welke dr. Holwerda beschrijft in *Oudheidkundige Mededeelingen* 4 no. 6, geen waarde.

X. De Indices en Fasti, welke aan elk boek van Dio's Historiae voorafgaan, zijn afkomstig van Dio zelf.

XI. Caesar's Commentarii de bello Gallico zijn een voorname, maar niet de enige bron van Dio geweest bij de beschrijving van de Galliese ooorlogen.

(Een andere is de opvatting van Schwartz in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclopädie* III p. 1700—1706; Melber, *Der Bericht des Dio Cassius über die gallischen Kriege Cäsars;* J. Will, *Quae ratio intercedat inter Dionis Cassii de Caesaris bellis Gallicis narrationem et commentarios Caesaris de bello Gallico;* en anderen.)

XII. Dio's vergissing ten opzichte van Orgetorix (lib. 38, 31, 3) wijst niet op een andere bron als Caesar's commentarii, maar is toe te schrijven aan zijn methode van werken.

(Onvoldoende is de verklaring van Melber *l. l.*; over Dio's methode van werken oordeelt oppervlakkig en onjuist Schwartz *l. l.* p. 1709.)

XIII. Hor. *epist.* 1, 16, 33 et 34: (Populus) Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet, ut si Detulerit fasces indigno detrahet idem.

Hoc exemplum, quia praesens erat, aptissimum est.

(Aliter nonnulli editores, cf. e. g. ed. Page Palmer and Wilkins (Macmillan London) p. 535: *The illustration is not very suitable: for the abrogatio imperii, although theoretically possible, was exceedingly rare.)*

XIV. Ratio, qua in Ovidii versibus *Met.* 1, 912—918 interpretandis Keith Preston (*Classical Philology* Vol. 14 p. 178) usus est, superficiem modo, ut ita dicam, quaestionis attigit.

Ipsa interpretatio falsa est.
